sur lui comme des pierres vivantes pour former un édifice selon l'Esprit. » Celui qui, avec la foi, a des péchés mortels ne bâtit donc pas sur elle ; il détruit plutôt et il profane. C'est contre lui qu'on lit, dans ce chapitre même (v. 17) : « Si quelqu'un profane le temple de Dieu, Dieu le perdra. » De plus, on compare, avec plus de justesse, les péchés mortels au fer, au plomb et à la pierre, soit à raison de leur poids, soit parce qu'ils ne sont point renouvelés par le feu, mais demeurent toujours dans celui en qui ils sont. On compare, au contraire, les péchés véniels au bois, au foin, à la paille, soit à cause de leur peu de gravité, soit parce qu'on peut facilement s'en purifier par le feu. Enfin il semblerait suivre de cette explication que celui qui meurt en état de péché mortel, pourvu qu'il conserve la foi, obtient facilement le salut éternel, bien qu'il supporte d'abord quelques peines ; car on lit à la suite (v. 15) : « Si l'ouvrage de quelqu'un est consumé par le feu, il en portera la peine ; toutefois il sera sauvé, mais comme par le feu, » ce qui est formellement opposé à la pensée de l'Apôtre, qui dit au chapitre vi, v. 9 : « Ni les fornicateurs, ni les idolâtres..., ne seront héritiers du royaume de Dieu ; » et dans l'épître aux Galates (v, v. 21) : « Ceux qui commettent ces crimes ne posséderont point le royaume de Dieu. » Or personne n'obtient le salut, sinon dans ce royaume ; car ceux qui en sont exclus sont précipités dans le feu éternel (S. Matth., xxv, v. 41). En dernier lieu, la foi ne peut être appelée du nom de fondement qu'autant que « Jésus-Christ, par elle, habite dans nos cœurs, » puisqu'il a été dit plus haut que ce fondement c'est Jésus-Christ lui-même. Car Jésus-Christ n'habite en nous que par la foi formée ; autrement il habiterait parmi les

pides vivi superædificamini. » Unde qui cum fide habet peccata mortalia, non superædificat, sed magis destruit vel violat, contra quem dicitur (infra, eodem, v. 17) : « Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. » Secundo, quia peccata mortalia magis comparantur ferro, vel plumbo, vel lapidi, tum propter gravitatem, tum quia etiam non renovantur per ignem, sed semper in eo manent in quo sunt ; peccata vero venialia comparantur ligno, feno et stipulæ, tum propter levitatem, tum etiam quia ab eis aliquis de facili expurgatur per ignem. Tertio, quia secundum hanc expositionem videtur sequi quod ille qui moritur in peccato mortali, dummodo fidem retineat, finaliter salutem consequatur, licet primo aliquas pœnas

sustineat. Sic enim sequitur : « Si cujus opus arserit, detrimentum patietur ; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem. » Quod quidem contrariatur manifeste sententiæ Apostoli, qui dicitur (infra, vi, v. 9) : « Neque fornicarii, neque idolis servientes, etc., regnum Dei possidebunt ; » et (Gal., v, v. 21) : « Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. » Non est autem alicui salus nisi in regno Dei ; nam qui ab eo excluduntur, mittuntur in ignem æternum, ut dicitur (Matth., xxv, v. 41). Quarto, quia fides non potest dici fundamentum, nisi quia per eam Christus habitat in nobis, cum supra dictum sit, quod fundamentum est ipse Christus Jesus. Non enim habitat Christus in nobis per fidem informem ; alioquin habitaret in dæmo-

démons, dont il est écrit (*S. Jacq.*, II, v. 19) : « Les démons croient aussi, et ils tremblent. » Quand donc il est dit (*Ephés.*, III, v. 17) que « Jésus-Christ habite dans nos cœurs par la foi, » cela doit s'entendre de la foi formée par la charité, puisqu'il est écrit (1^{re} *S. Jean*, IV, v. 16) : « Quiconque demeure dans la charité demeure en Dieu, et Dieu demeure en lui. » C'est cette foi qui opère par la charité, comme il sera dit (XIII, v. 4) : « La charité n'est point téméraire et précipitée. » Il est donc évident que ceux qui commettent des péchés mortels n'ont point une foi formée¹, et qu'ainsi en eux rien n'est établi. Donc celui qui édifie sur la pierre fondamentale l'or, l'argent et les pierres précieuses, ou celui qui y place le bois, le foin et la paille, doivent éviter les péchés mortels.

Pour comprendre cette distinction, il faut se souvenir que les actes humains se spécifient d'après leurs objets. Or les objets des actes humains peuvent être de deux sortes, spirituels ou corporels, et les objets diffèrent entre eux sous trois rapports : premièrement, en ce que les choses spirituelles sont perpétuelles; les choses corporelles, transitoires. C'est de là qu'il est dit (2^e *Cor.*, IV, v. 18) : « Les choses visibles sont passagères, mais les invisibles sont éternelles. » Secondement, en ce que les premières ont en elles-mêmes de l'éclat, selon cette parole du livre de la Sagesse (VI, v. 13) : « La sagesse est pleine de lumière, et sa beauté ne se flétrit point. » Les choses corporelles, au contraire, sont obscures par leur nature même; c'est de là qu'il est dit (*Sag.*, II, v. 5) : « Notre vie est le passage d'une ombre. » Troisièmement, enfin, en ce que les choses spirituelles sont plus nobles et

¹ Les théologiens appellent foi formée celle qui est accompagnée de la grâce sanctifiante, et foi informelle celle du chrétien en état de péché.

nibus, de quibus scriptum est (*Jac.*, II, v. 19) : « Et demones credunt et contremiscunt. » Unde quod dicitur (*Ephes.*, III, v. 17) : « Habitare Christum per fidem in cordibus nostris, » oportet intelligi de fide per charitatem formata, cum scriptum sit (1^a *Joan.*, IV, v. 16) : « Qui manet in charitate, in Deo manet et Deus in eo. » Hæc est fides quæ per dilectionem operatur, ut dicitur (*infra*, XIII, v. 4) : « Charitas non agit perperam. » Unde manifestum est quod illi qui operantur peccata mortalia, non habent fidem formatam, et ita non habent fundamentum : oportet ergo intelligere quod tam ille qui superædificat fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos, quam etiam ille qui superædificat lignum, fenum, stipulam, vitet peccata mortalia.

Ad horum ergo distinctionem intelligendum est quod actus humani ex objectis speciem habent. Duplex est autem objectum humani actus, sc. res spiritualis et res corporalis, quæ quidem objecta differunt tripliciter : primo quidem, quantum ad hoc quod res spirituales sunt perpetuæ, res autem corporales sunt transitorie. Unde (2^a *Cor.*, IV, v. 18) : « Quæ videntur, temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna. » Secundo, quantum ad hoc quod res spirituales in seipsis claritatem habent, secundum illud (*Sap.*, VI, v. 13) : « Clara est et quæ nunquam marcescit sapientia. » Res corporales obscuritatem habent ex materia; unde dicitur (*Sap.*, II, v. 5) : « Umbræ transitus est tempus nostrum. » Tertio, quantum ad hoc quod res spirituales sunt pretiosiores

plus précieuses que les choses corporelles, ce qui a fait dire de la sagesse (*Prov.*, III, v. 14) : « Sa possession vaut mieux que tous les trésors; » et (*Sag.*, VII, v. 9) : « L'or, comparé à la sagesse, est un peu de sable, et l'argent, devant elle, n'est que de la boue. »

2. C'est aussi la raison pour laquelle les œuvres par lesquelles l'homme s'appuie sur les choses spirituelles et divines sont comparées à l'or, à l'argent et aux pierres précieuses, qui sont solides, éclatantes et de valeur, en sorte toutefois que par l'or on désigne celles au moyen desquelles l'homme s'élève vers Dieu lui-même par la contemplation et par l'amour (*Cant.*, V, v. 11) : « Sa tête brille comme l'or d'Ophir. » En effet, la tête de Jésus-Christ, c'est la Divinité (*Isaïe*, XI). C'est de cet or que parle l'Apocalypse (III, v. 18) : « Je vous conseille d'acheter de moi de l'or purifié, » c'est-à-dire la sagesse jointe à la charité. L'argent indique les actes par lesquels l'homme s'applique aux choses spirituelles afin de croire, aimer et contempler ces choses; c'est pourquoi la Glose applique l'argent à l'amour du prochain; c'est également pour cette raison qu'au ps. LXVII, v. 14, les ailes de la colombe sont dépeintes comme « argentées, » et, dans leur partie supérieure, c'est-à-dire le dos, comme ayant « la couleur de l'or. » Par les pierres précieuses on désigne les œuvres des vertus diverses dont l'âme humaine est ornée; de là ces paroles (*Eccli.*, I, v. 10) : « Comme un vase d'or massif, orné de toutes sortes de pierres précieuses. » On peut encore y voir les commandements de la loi de Dieu, selon cette parole du Psalmiste (CXVIII, v. 127) : « J'ai aimé vos commandements plus que l'or et que la topaze. » Mais les œuvres humaines, par lesquelles

res et nobiliores rebus corporalibus; unde (*Prov.*, III, v. 14) dicitur de sapientia: « Pretiosior est cunctis opibus; » et (*Sap.*, VII, v. 9) : « Omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, et tanquam lutum estimabitur argentum in conspectu illius. »

2. Et ideo opera quibus homo innititur rebus spiritualibus et divinis comparantur auro, argento et lapidi pretioso, quæ sunt solida, clara et pretiosa : ita tamen quod per aurum designentur ea quibus homo tendit in ipsum Deum per contemplationem et amorem; unde dicitur (*Cant.*, V, v. 11) : « Caput ejus aurum optimun. » Caput enim Christi est Deus, ut dicitur (*Is.*, XI). De quo auro dicitur (*Apoc.*, III, v. 18) : « Suadeo tibi emere a me aurum igni-

tum, » id est sapientiam cum charitate. Per argentum significantur actus quibus homo adhæret spiritualibus credendis, et amandis, et contemplandis; unde in Glossa refertur argentum ad dilectionem proximi, propter quod et (in *Ps.*, LXVII, v. 14) « pennæ columbæ » describuntur « deargentatæ, » cujus superior pars, id est « posteriora, » describuntur esse « in pallore auri. » Sed per lapides pretiosos designantur opera diversarum virtutum, quibus anima humana ornatur; unde dicitur (*Eccli.*, I, v. 10) : « Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. » Vel etiam mandata legis Dei, secundum illud (*Ps.*, CXVIII, v. 127) : « Dilexi mandata tua super aurum et topazion. » Opera vero humana quibus homo in-

l'homme s'applique à se procurer les choses corporelles, sont comparées à la paille, parce qu'elles sont de vil prix, et que, malgré leur éclat, elles sont toutefois facilement consumées. Il y a pourtant entre elles certaines différences, car quelques-unes ont plus de consistance que d'autres, et d'autres sont plus facilement combustibles. Les hommes eux-mêmes, parmi les créatures corporelles, sont plus dignes et se perpétuent par succession. C'est pourquoi on les compare au bois, suivant ce passage du livre des Juges (ix, v. 8) : « Les arbres des forêts allèrent se choisir un roi. » Mais le corps de l'homme se corrompt plus facilement par la maladie et par la mort; aussi est-il comparé au foin, suivant cette parole d'Isaïe (xl, v. 6) : « Toute chair n'est que de l'herbe. » Quant à la gloire de ce monde, elle passe avec rapidité; aussi la compare-t-on à la paille. C'est ainsi qu'on lit au Psalmiste (LXXXII, v. 14) : « Qu'ils soient devant vous, Seigneur, comme une roue qui ne s'arrête pas et comme la paille qu'emporte le souffle des vents. » Donc édifier l'or, l'argent, les pierres précieuses, c'est édifier sur le fondement de la foi ce qui appartient à la contemplation de la sagesse dans les choses divines, l'amour de Dieu, la dévotion pour les saints, le soulagement du prochain et l'exercice des vertus; édifier le bois, le foin et la paille, c'est poser sur le fondement de la foi ce qui concerne la disposition des choses humaines, les soins de la chair et la gloire extérieure.

3. Remarquons toutefois que l'on peut avoir en vue ces choses humaines de trois manières. D'abord on peut y placer sa fin, et, comme il y a en ceci péché, agir ainsi, pour l'homme, ce n'est pas édifier, mais renverser le fondement et en établir un autre; car la foi est, dans

tendit rebus corporalibus procurandis, comparantur stipulæ, quæ vilia sunt, namque fulgent et facile comburantur. Habent tamen quosdam gradus prout quædam sunt aliis stabiliora, quædam vero facilius consumptibilia; nam ipsi homines inter creaturas carnales et digniores sunt, et per successionem conservantur. Unde comparantur lignis, secundum illud (*Judic.*, ix, v. 8) : « Ierunt ligna sylvarum ut eligerent super se regem. » Caro autem hominis facilius corrumpitur per infirmitatem et mortem. Unde comparatur feno, secundum illud (*Is.*, xl, v. 6) : « Omnis caro fenum. » Ea vero quæ pertinent ad gloriam hujus mundi facillime transiunt, unde stipulæ comparantur; unde (*in Ps.*, LXXXII, v. 14) sequitur : « Pone

illos ut rotam et ut stipulam ante faciem venti. » Sic ergo superædificare « Aurum, et argentum, et lapides pretiosos, » est superædificare fidei fundamento ea quæ pertinent ad contemplationem sapientiæ divinorum, et amorem Dei, et devotionem sanctorum, et obsequium proximorum, et ad exercitium virtutum. Superædificare vero « Lignum, fenum et stipulam, » est superaddere fidei fundamento ea quæ pertinent ad dispositionem humanarum rerum et ad curam carnis et ad exteriorem gloriam.

3. Sciendum tamen quod contingit aliquem hominem id intendere tripliciter. Uno modo, ita quod in his finem constituat, et cum hoc sit peccatum mortale, per hoc homo non superædificat; sed, inverso fundamento, aliud fundamentum

les choses désirables, le fondement de ce que l'on recherche pour la fin. Ensuite on peut se proposer d'user des choses humaines en les dirigeant totalement vers la gloire de Dieu; et parce que les œuvres se spécifient par la fin qu'on leur assigne, ce ne sera plus édifier le bois, le foin et la paille, mais l'or, l'argent et les pierres précieuses. En troisième lieu, on peut, sans y mettre sa fin, ni vouloir à cause d'elle agir contre Dieu, se préoccuper pourtant de ces biens temporels plus qu'on ne devrait, en sorte qu'on en soit retardé dans le service de Dieu : c'est là véritablement édifier le bois, le foin et la paille, non pas qu'à proprement parler on en forme un édifice, mais parce que les œuvres qui tiennent à la sollicitude des choses temporelles portent en elles-mêmes des défauts vénies, par l'affection trop vive qu'on a pour elles, affection qu'on compare, selon qu'elle est plus ou moins intense, au bois, au foin et à la paille. On peut apprécier cette affection de deux manières : selon la consistance des choses spirituelles, ainsi qu'il a été dit plus haut, et ensuite selon la vivacité de l'affection. Toutefois il ne faut pas perdre de vue que ceux qui s'appliquent aux choses spirituelles ne peuvent pas se dégrader complètement du soin des choses temporelles, pas plus que ceux qui se donnent à l'affection des choses temporelles, en conservant la charité, ne peuvent rester absolument en dehors des choses spirituelles; mais on les distingue par l'application qu'ils y apportent. Car les uns dirigent l'application de leur vie vers les choses spirituelles, et ne s'occupent des choses temporelles qu'autant que l'exige la nécessité de la vie corporelle; les autres tournent cette même application vers les choses temporelles, en se servant cependant des

collocat. Nam finis est fundamentum in rebus appetibilibus, quæ quærentur propter finem. Alio modo, aliquis intendit uti prædictis rebus, totaliter ordinans eas in Dei gloriam; et quia opera specificantur ex fine intento, hoc jam non erit ædificare lignum, fenum et stipulam, sed aurum, argentum et lapides pretiosos. Tertio modo, aliquis licet in his finem non constituat, nec vellet propter ista contra Deum facere, afficitur tamen istis magis quam deberet, ita quod per hæc retardatur ab his quæ Dei sunt, quod est peccare venialiter : et hoc proprie est superædificare lignum, fenum, stipulam, non quia ipsa superædificentur proprie loquendo, sed quia opera ad temporalium curam pertinentia habent venialia adjuncta propter vehementio-

rem affectum ad ipsa, quæ quidem affectio, secundum quod magis et minus inhæret, ligno, feno et stipulæ comparatur. Et dupliciter potest distingui : uno modo, secundum permanentiam rerum spiritualium, ut prius dictum est; alio modo, secundum vehementiam adhæSIONIS. Sciendum tamen quod et illi qui spiritualibus rebus intendunt, non omnino possunt absolvi a cura rerum temporalium, nec etiam qui in charitate rebus temporalibus intendunt, sunt omnino a rebus spiritualibus vacui, sed studio diversificantur. Nam quidam studium vitæ suæ ordinant ad spiritualia, temporalibus vero non intendunt, nisi in quantum requirit necessitas corporalis vitæ. Quidam vero studium vitæ suæ applicant ad temporalia procuranda,

choses spirituelles pour la direction de leur vie. Les premiers donc édifient « L'or, l'argent, les pierres précieuses ; » les seconds, « le bois, le foin et la paille. » On voit par là que ceux qui édifient « l'or, l'argent, les pierres précieuses, » ne sont pas exempts de quelques péchés véniels ; mais ces péchés sont peu nombreux, parce que ces personnes s'occupent peu du soin des choses temporelles. Quant à ceux qui édifient « Le bois, le foin, la paille, » ils ont quelque chose de stable, de précieux, d'éclatant, mais à un degré inférieur, en ce sens qu'ils sont déterminés par les biens spirituels.

4. On peut encore entendre cette diversité, de l'édifice qui s'élève par l'enseignement ; car ceux qui, sur la foi fondée par les apôtres, édifient par leur doctrine la vérité solide, éclatante ou manifeste, telle enfin qu'elle puisse concourir à la beauté de l'Eglise, édifient l'or, l'argent, les pierres précieuses (*Prov.*, x, v. 20) : « Les paroles du juste sont un argent éprouvé. » Mais ceux qui, sur cette même foi, ajoutent par leur enseignement des choses inutiles, obscures, sans liaison avec la vérité, vaines et futiles, édifient le bois, le foin et la paille (*Jér.*, xxiii, v. 28) : « Que le prophète qui a un songe raconte son songe, et que celui qui a ma parole publie fidèlement ma parole ; car qu'y a-t-il de commun entre la paille et le froment, dit le Seigneur ? » Quant à celui qui enseignerait l'erreur, il n'édifierait pas sur le fondement, il le détruirait. L'Apôtre dit donc : Si on édifie ou par les œuvres ou par la doctrine sur ce fondement, c'est-à-dire sur la foi formée dans le cœur ou sur la foi fondée et prêchée par les apô-

utuntur tamen spiritualibus rebus ad directionem vitæ suæ. Primi igitur superædificant « Aurum, argentum et lapides pretiosos ; » secundi vero superædificant « fenum, lignum et stipulam. » Ex quo patet quod illi qui superædificant aurum, argentum et lapides pretiosos, habent aliquid de peccatis venialibus, sed non in quantitate notabili, propter hoc quod modicum attingunt de cura temporalium rerum. Illi etiam qui superædificant lignum, fenum, stipulam, habent aliquid stabile, pretiosum et præclarum, sed in minori quantitate, sc. in quantum diriguntur per bona spiritualia.

4. Potest autem et hæc diversitas referri ad superædificationem doctrinæ. Nam illi qui fidei ab apostolis fundatæ per suam doctrinam superædificant solidam veritatem et claram sive manifes-

tam, et ad ornamentum Ecclesiæ pertinentem, superædificant aurum, argentum, lapides pretiosos. Unde (*Prov.*, x, v. 20) : « Argenti electum labia justi. » Illi vero qui fidei ab apostolis fundatæ superaddunt in doctrina sua aliqua inutilia, et quæ non sunt manifesta, nec veritatis ratione firmantur, sed sunt vana et inania, superædificant lignum, fenum, stipulam. Unde dicitur (*Jér.*, xxiii, v. 28) : « Qui habet somnium, narret somnium ; et qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum vere. Quid paleis ad triticum ? » Qui vero falsitatem doceret, non superædificaret, sed magis subverteret fundamentum. Dicit ergo : « Si quis superædificat, » vel operando vel docendo, « super fundamentum hoc, » id est super fidem formatam in corde, vel super fidem fundatam ab apostolis et prædicatam, « au-

tres, « L'or, l'argent et les pierres précieuses, » en d'autres termes les œuvres spirituelles ou la doctrine éclatante, ou « le bois, le foin et la paille, » c'est-à-dire les œuvres de la vie du corps ou une doctrine sans consistance (v. 13), « l'œuvre de chacun sera manifestée » au jugement de Dieu, « telle qu'elle est. » Durant la vie, l'ignorance de l'homme ne lui permet pas d'apprécier les choses. En effet, s'il en est qui paraissent édifier l'or, l'argent et les pierres précieuses, qui cependant n'édifient que le bois, le foin et la paille, parce que, dans les choses spirituelles, ils n'envisagent que les besoins du corps, par exemple le profit ou la faveur des hommes ; d'autres, au contraire, paraissent édifier le bois, le foin et la paille, qui, cependant, édifient l'or, l'argent et les pierres précieuses, parce qu'en traitant les choses temporelles ils n'ont dans la pensée que les choses spirituelles. Aussi (*Soph.*, i, v. 12) : « En ce temps-là, je scruterai Jérusalem la lampe à la main ; » et (*S. Luc.*, xii, v. 2) : « Il n'y a rien de caché qui ne soit révélé. »

2^e Lorsque l'Apôtre dit (v. 13) : « Car le jour du Seigneur le fera connaître, » il indique l'époque de la manifestation. — A) Et d'abord il désigne le temps où elle se fera, lorsqu'il dit : « Le jour du Seigneur le fera connaître. » Sur ce point il faut observer que l'on dit d'une chose que son temps et son jour sont arrivés quand elle est dans l'état le meilleur, et, relativement à elle-même, le plus parfait qu'elle puisse atteindre. C'est pour cela qu'on lit dans l'Ecclésiaste (iii, v. 1) : « Tout a son temps. » Quand donc l'homme accomplit sa propre volonté, même contre Dieu, c'est alors le jour de l'homme ; Jérémie (xvii, v. 16) a dit dans ce sens : « Je n'ai point désiré le jour de

rum, argentum, aut lapides pretiosos, » id est spiritualia opera vel præclaram doctrinam ; « vel lignum, fenum, stipulam, » id est corporalia opera, vel frivolam doctrinam ; « unusquisque opus manifestum erit, » sc. in divino iudicio, « quale sit. » Nunc enim latet per humanam ignorantiam. Nam quidam videntur superædificare aurum, argentum, lapidem pretiosum, qui tamen superædificant lignum, fenum, stipulam, in rebus spiritualibus corporalia meditates, puta lucrum vel favorem humanum : quidam vero videntur superædificare lignum, fenum, stipulam, qui tamen ædificant aurum, argentum et lapidem pretiosum, quia in administratione temporalium nihil nisi spiritualia

cogitant. Unde et (*Soph.*, i, v. 12) dicitur : « Scrutabor Jerusalem in lucernis ; » et (*Luc.*, xii, v. 2) : « Nihil operum quod non reveletur. »

2^e Deinde, cum dicit : « Dies enim Domini, » ostendit quando hæc manifestantur. — A) Et primo, ponit tempus manifestationis, cum dicit : « Dies enim Domini declaravit. » Circa quod sciendum est quod tunc dicitur esse tempus et dies alicujus rei, quando est in optimo statu et maximo sui posse. Unde (*Eccle.*, iii, v. 1) dicitur : « Omnia tempus habent. » Quando ergo homo suam voluntatem implet, etiam contra Deum, tunc est dies hominis. Unde dicitur (*Jér.*, xvii, v. 16) : « Diem hominis non desideravi, tu scis. » Dies vero Domini

l'homme, vous le savez. » Mais on appelle jour du Seigneur le temps où la volonté du Seigneur s'accomplira à l'égard des hommes, qui seront alors, selon les règles de la justice de Dieu, récompensés ou punis, suivant cette parole du Psalmiste (LXXIV, v. 3) : « Quand le temps sera venu, je jugerai les justes. » Donc, comme il y a un triple jugement de Dieu, on peut distinguer un triple jour du Seigneur. — a) En effet, il y aura un jugement général pour tous (S. Matth., XII, v. 41) : « Les hommes de Ninive s'élèveront au jour du jugement ; » dans ce sens, le jour du Seigneur est le dernier jour du jugement, dont S. Paul dit (2^e Thess., II, v. 2) : « Ne vous laissez pas effrayer, comme si le jour du Seigneur était près d'arriver. » Ainsi entendues, ces paroles : « Le jour du Seigneur le fera connaître, » s'expliquent de cette manière : au jour du jugement sera manifestée la différence des mérites humains (Rom., II, v. 16) : « En ce jour où Dieu jugera ce qui est caché dans le cœur des hommes. » — b) Il y a un autre jugement particulier qui a lieu pour chacun au moment de la mort. S. Luc dit de ce jugement (XVI, v. 22) : « Le riche mourut, et il fut enseveli dans les enfers ; le pauvre mourut aussi, et il fut porté par les anges dans le sein d'Abraham. » Dans ce sens, on peut entendre par « jour du Seigneur » le jour de la mort, selon cette parole de la première épître aux Thessaloniens (V, v. 2) : « Le jour du Seigneur viendra comme un voleur au milieu de la nuit. » Ainsi donc, « Le jour du Seigneur le fera connaître, » parce que c'est à la mort que sont manifestés les mérites de chacun. C'est de là qu'il est dit (Prov., XI, v. 7) : « A la mort du méchant, il ne restera plus d'espérance ; » et au même livre (XIV, v. 32) : « Mais le juste espère même dans la mort. » — c) Enfin il y a pendant la vie un troisième

dicatur quando voluntas Domini completur de hominibus, qui per ejus justitiam vel premiabuntur, vel damnabuntur, secundum illud (Ps., LXXIV, v. 3) : « Cum accepero tempus, ego justitias judicabo. » Unde, secundum triplex Dei judicium, tripliciter potest intelligi dies Domini. — a) Erit nempe quoddam judicium generale omnium, secundum illud (Matth., XII, v. 41) : « Viri Nini-vitæ surgent in judicio ; » et secundum hoc dies Domini dicitur novissimus dies judicii, de quo (2^e Thess., II, v. 2) : « Non terreamini, quasi instet dies Domini. » Et secundum hoc intelligitur : « Dies Domini declarabit, » quia in die judicii manifestabitur differentia humanorum meritorum (Rom., II, v. 16) : « In die,

quando judicabit Dominus occulta hominum. » — b) Aliud autem est particulare judicium quod fit de unoquoque in morte ipsius, de quo habetur (Luc., XVI, v. 22) : « Mortuus est dives, et sepultus est in inferno ; mortuus est autem mendicus, et portatus est ab angelis in sinum Abraham ; » et secundum hoc dies Domini potest intelligi dies mortis, secundum illud (1^a Thess., V, v. 2) : « Dies Domini sicut fur in nocte veniet. » Sic ergo dies Domini declarabit, quia in morte uniuscujusque ejus merita patent. Unde dicitur (Prov., XI, v. 7) : « Mortuo homine impio nulla erit ultra spes ; » et (Prov., XIV, v. 32) : « Sperat autem justus in morte sua. » — c) Tertium autem est judicium in hac vita,

jugement : il a lieu quand Dieu éprouve les hommes par les tribulations de la vie. C'est ainsi qu'on lit (ci-après, XI, v. 32) : « Lorsque nous sommes jugés, c'est le Seigneur qui nous reprend, afin que nous ne soyons pas condamnés avec le monde. » Dans ce sens, on appelle jour du Seigneur le jour passager de la tribulation, dont il est dit (Soph., I, v. 14) : « Voix amère du jour du Seigneur, tribulation pour les forts. » — « Le jour du Seigneur le fera donc connaître, » parce que le cœur de l'homme est éprouvé dans le temps de la tribulation (Eccli., XXVII, v. 6) : « La fournaise éprouve les vases du potier, et la tribulation les hommes justes. »

B) En second lieu, S. Paul fait connaître par quel moyen se fera la manifestation : ce sera par le feu ; aussi ajoute-t-il (v. 13) : « Et il sera révélé par le feu, » à savoir le jour du Seigneur. Car le jour du Seigneur sera révélé par le feu qui précédera la face du juge, dévorera la face du monde, en enveloppant les méchants et en purifiant les justes. C'est de ce feu dont parle le Psalmiste (xcvi, v. 3) : « Le feu le précédera et dévorera autour de lui ses ennemis. » Le jour du Seigneur, qui est le jour de la mort, sera révélé dans le feu du purgatoire, par lequel seront purifiées les âmes souillées. A ce feu on peut appliquer ce que dit Job (xxiii, v. 10) : « Il m'éprouvera comme l'or qui passe par le feu. » Quant au jour qui est le jour de la tribulation que Dieu nous envoie, il sera révélé dans le feu de la tribulation. De ce feu il est dit (Eccli., II, v. 5) : « L'or et l'argent s'éprouvent par la flamme, mais les hommes que Dieu veut recevoir au nombre des siens sont éprouvés dans le creuset de la tribulation. »

C) Il exprime l'effet de cette manifestation lorsqu'il ajoute (v. 13) :

in quantum Deus per tribulationes hujus vite interdum homines probat. Unde dicitur (infra, XI, v. 32) : « Cum judicamur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur ; » et secundum hoc dicitur dies Domini, dies temporalis tribulationis, de quo dicitur (Soph., I, v. 14) : « Vox diei Domini amara ; tribulabitur ibi fortis. » Dies ergo Domini declarabit, quia in tempore tribulationis affectus hominis probatur (Eccli., XXVII, v. 6) : « Vasa figuli probat fornax, et homines justos tentatio tribulationis. »

B) Secundo, ostendit per quod fiet ista declaratio, quia per ignem ; unde sequitur : « Quia in igne revelabitur, » sc. dies Domini ; nam dies judicii revelabitur in igne qui præcedet faciem judicis,

exurens faciem mundi, et involvens reprobos, et justos purgans ; de quo dicitur (in Ps., xcvi, v. 3) : « Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus. » Dies autem Domini, qui est dies mortis, revelabitur in igne purgatorii, per quem purgabitur si quid in elementis invenietur purgandum, de quo potest intelligi quod dicitur (Job, XXIII, v. 10) : « Probabit me quasi aurum quod per ignem transit. » Dies vero qui est dies tribulationis divini judicio permissæ, revelabitur in igne tribulationis, de quo dicitur (Eccli., II, v. 5) : « In igne probatur aurum et argentum, homines vero acceptabiles in camino tribulationis. »

C) Tertio, ponit effectum manifestationis, cum subdit : « Et uniuscujusque

« Et le feu éprouvera l'ouvrage de chacun, » à savoir parce que chacun de ces feux éprouvent les mérites et les démérites des hommes (*Ps.*, xvi, v. 4) : « Vous m'avez fait passer par le feu, et l'iniquité ne s'est pas trouvée en moi. » De ces trois points qu'a développés S. Paul, le premier est la conclusion des deux qui le suivent ; car si le jour du Seigneur est révélé par le feu, et si le feu montre quel est l'ouvrage de chacun, il s'ensuit que le jour du Seigneur fera connaître la différence des œuvres des hommes.

3^e En disant (v. 14) : « Celui qui aura bâti sur un fondement qui subsiste, » l'Apôtre explique le mode de cette manifestation. — 1. Et d'abord, quant aux bonnes œuvres, lorsqu'il dit (v. 14) : « Si l'ouvrage, » c'est-à-dire l'œuvre édifée sur la foi, « de quelqu'un, » à savoir d'un fidèle, « subsiste » dans le feu, « il, » c'est-à-dire celui qui aura bâti, « en sera récompensé » (*Jér.*, xxxi, v. 16) : « Il est une récompense à vos œuvres ; » et (*Is.*, xl, v. 10) : « Il porte avec lui ses récompenses. » Or on peut dire d'un ouvrage qu'il est demeuré sans atteinte dans le feu de deux façons différentes. — A) D'abord que celui qui fait l'œuvre, soit enseignement de la bonne doctrine, soit toute autre œuvre, ne sera point tourmenté par les feux du purgatoire, ni par celui qui précède la face du souverain juge, ni par le feu de la tribulation ; car si l'on n'a pas aimé les biens du temps au-delà de la mesure, c'est une conséquence que l'on ne s'afflige pas démesurément de leur perte, la douleur ayant pour cause l'amour de l'objet qu'on a perdu. Aussi l'excès de l'amour engendre-t-il l'excès de la douleur. — B) En second lieu, on peut considérer la chose du côté de l'ouvrage même ; car, n'importe lequel des trois jugements survienne pour l'homme, il laisse subsister l'œuvre de la bonne doctrine ou quelque

opus quale sit, ignis probabit, » quia sc. per quemlibet ignium prædictorum probantur merita hominis vel demerita : unde (in *Ps.*, xvi, v. 4) dicitur : « Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. » In his tribus quæ hic Apostolus ponit, primum est conclusio duorum sequentium. Si enim dies Domini revelatur in igne, et ignis probat quale sit unuscujusque opus, consequens est quod dies Domini declarent differentiam operum humanorum.

3^o Deinde, cum dicit : « Si cujus opus, » ostendit modum prædictæ manifestationis. — 1. Et primo, quantum ad bona opera, cum dicit : « Si cujus, » id est alicujus, « opus, » quod ipse superædificavit, « manserit, » sc. in igne, « ille, » sc. qui superædificavit, « mercedem accipiet » (*Jér.*, xxxi, v. 16) : « Est

merces operi tuo ; » et (*Is.*, xl, v. 10) : « Ecce merces ejus cum eo. » Dicitur autem aliquod opus in igne permanere illæsum dupliciter : A) uno modo, ex parte ipsius operantis, quia sc. ille qui hoc facit opus, sc. bonæ doctrinæ, vel quodcumque bonorum operum, propter hujusmodi opus non punitur, in quantum sc. nec torquetur igne purgatorii, nec igne qui præcedit faciem judicis, nec etiam æstuat igne tribulationis. Qui enim non immoderate temporalia dilexit, consequens est quod non nimis doleat de eorum amissione. Dolor enim causatur ex amore rei quæ amittitur. Unde superfluous amor, superfluum generat dolorem. — B) Alio modo, potest intelligi ex parte ipsius operis : quolibet enim prædictorum judiciorum superveniente homini, permanet et opus bonæ

autre que ce soit. Lorsque le feu de la tribulation arrive, l'homme ne s'écarte pas pour cela de la doctrine véritable, ni de la bonne œuvre qu'inspire la vertu ; mais il retient le mérite de l'une et de l'autre et dans le feu du purgatoire et dans le feu qui précède la face du juge.

2. En second lieu, S. Paul montre le jour de la manifestation quant aux œuvres mauvaises, en disant (v. 15) : « Si l'ouvrage de quelqu'un, » par l'un des feux dont il a été parlé, « vient à être confirmé, il, » c'est-à-dire celui qui l'a fait, « en portera la peine, » mais pas jusqu'à la damnation. Aussi S. Paul ajoute-t-il (v. 15) : « Il ne laissera pas cependant d'être sauvé, » c'est-à-dire d'obtenir le salut éternel, suivant la parole d'Isaïe (*xlvi*, v. 17) : « Israël a reçu du Seigneur son salut éternel ; » — « toutefois comme par le feu, » à savoir qu'il a d'abord souffert, soit dans cette vie, soit à la fin de cette vie, soit à la fin du monde. C'est en ce sens que le Psalmiste dit (*lxv*, v. 12) : « Nous avons passé par le feu et l'eau, et vous nous avez conduits au lieu de rafraîchissement ; » et (*Is.*, xliii, v. 2) : « Lorsque vous marcherez dans le feu, vous n'en serez point brûlés, et la flamme sera sans ardeur pour vous, parce que je suis le Seigneur votre Dieu. » Or un ouvrage peut être atteint par le feu de deux manières : a) d'abord par la faute de celui qui l'a fait, à savoir en ce qu'il peut endurer le feu de la tribulation pour l'affection déréglée avec laquelle il a aimé démesurément les choses terrestres, et subir le feu du purgatoire ou celui qui précédera la face du juge, à cause des péchés véniels qu'il a commis en recherchant des choses temporelles, ou même pour les choses vaines et frivoles qu'il aura enseignées. — b) Ensuite l'ouvrage peut subir l'atteinte du feu par son propre défaut, à savoir

doctrinæ, vel quodcumque aliud bonum opus. Nam igne tribulationis superveniente, non cessat homo neque a vera doctrina, neque a bono opere virtutis ; utrumque autem horum permanet homini quantum ad meritum et in igne purgatorii et in igne qui præcedit faciem judicis.

2. Secundo, ostendit diem quantum ad mala opera, dicens : « Si cujus, » id est alicujus, « opus arserit, » sc. per aliquem ignium prædictorum, « detrimentum patietur, » sc. qui hoc operatus est, non tamen usque ad damnationem. Unde subdit : « Ipse autem salvus erit, » sc. salute æterna, secundum illud (*Is.*, xlv, v. 17) : « Salvatus est Israel in Domino salute æterna ; » — « sicut tamen quasi per ignem, » quem sc. prius sustinuit,

vel in hac vita, vel in fine hujus vitæ, vel in fine mundi. Unde dicitur (in *Ps.*, lxv, v. 12) : « Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium ; » et (*Is.*, xliii, v. 2) : « Cum transieris per ignem, non combureris, et flamma non comburet te, quia ego Dominus Deus salvator tuus. » Dicitur autem opus alicujus ardere dupliciter : a) uno modo, ex parte operantis, in quantum sc. aliquis affligitur igne tribulationis propter immoderatum affectum quo superflue terrena diligit, et punitur igne purgatorii, vel igne qui præcedet faciem judicis propter peccata venialia, quæ circa curam temporalium commisit, sive etiam per frivola et vana quæ docuit. — b) Alio modo, ardet opus in igne ex parte ipsius operis, quia sc., tri-

quand, survenant la tribulation, on ne peut vaquer ni à une doctrine vaine ni aux préoccupations terrestres, selon cette parole du Psalmiste (CXLV, v. 3) : « En ce jour-là périront toutes leurs pensées; » ou encore parce que soit le feu du purgatoire, soit celui qui monte devant le juge ne lui laisseront, comme mérite ou comme remède, aucune des œuvres précitées. Conséquemment il a à subir une double peine, et en tant qu'il est lui-même puni et en tant qu'il perd ce qu'il a fait. Quant à ceci, il est dit (*Eccli.*, XIV, v. 20) : « Toute œuvre corruptible disparaîtra à la fin, et celui qui l'a faite s'en ira avec elle; et toute œuvre sainte sera reconnue à la fin, et celui qui l'a faite sera honoré par elle. » La première partie du texte concerne celui qui édifie le bois, le foin et la paille, c'est-à-dire l'œuvre qui brûle dans le feu sans se consumer; la seconde partie se rapporte à celui qui bâtit l'or, l'argent et les pierres précieuses, c'est-à-dire l'œuvre qui subsiste dans le feu sans éprouver aucune altération.

bulatione superveniente, homo non potest vacare nec doctrinæ vanæ, nec terrenis operibus, secundum illud (*Ps.*, CXLV, v. 3): « In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. » Nec etiam igne purgatorii vel præcedente faciem iudicis, remanebit ei aliquid prædictorum, vel ad remedium, vel ad meritum. Et similiter dupliciter patitur detrimentum, vel in quantum ipse punitur, vel in quantum perdit id quod fecit; et quantum ad hoc dicitur (*Eccli.*, XIV, v. 20):

« Omne opus corruptibile in fine deficiet, et qui operatur illud ibit cum illo; et omne opus electum in fine justificabitur, et qui operatur illud honorificabitur in illo. » Quorum primum pertinet ad eum qui superædificat lignum, ferum et stipulam, quod est opus in igne ardens; secundum autem pertinet ad eum qui superædificat aurum, argentum et lapides pretiosos, quod est opus manens in igne absque detrimento.

LEÇON III^e (ch. III, v. 16 à 23 et dernier).

SOMMAIRE.— L'Apôtre explique quel sera le châtement des ministres indignes et dont le travail a été mauvais. Il ne faut point se glorifier dans les ministres de Jésus-Christ, puisque tous les fidèles sont en union avec Lui.

16. *Ne savez-vous pas que vous êtes le temple de Dieu et que l'Esprit de Dieu habite en vous?*

17. *Si quelqu'un donc profane le temple de Dieu, Dieu le perdra; car le temple de Dieu est saint, et c'est vous qui êtes ce temple.*

18. *Que nul ne se trompe soi-même: si quelqu'un d'entre vous pense être sage selon le monde, qu'il devienne fou pour être sage;*

19. *Car la sagesse de ce monde est une folie devant Dieu, selon qu'il est écrit: Je surprendrai les sages dans leurs propres artifices;*

20. *Et ailleurs: Le Seigneur pénètre les pensées des sages, et il en connaît la vanité.*

21. *Que personne donc ne mette sa gloire dans les hommes;*

22. *Car toutes choses sont à vous, soit Paul, soit Apollon, soit Céphas, soit le monde, soit la vie, soit la mort, soit les choses présentes, soit les choses futures, tout est à vous;*

23. *Et vous, vous êtes au Christ, et le Christ est à Dieu.*

Après avoir établi quelle sera la récompense des bons ouvriers, l'Apôtre traite ici du châtement de ceux qui travaillent mal ou qui détruisent. D'abord il dit quel est le châtement; ensuite il réfute l'erreur opposée, à ces mots (v. 18) : « Que personne ne vous trompe. »

1^o Il fait voir d'abord le châtement de ceux qui travaillent mal et

LECTIO III.

Malorum ministrorum et male laborantium merces ostenditur, in quibus non esse gloriandum affirmat, cum omnes fideles Christi sint assecuti dignitatem.

16. *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis?*

17. *Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.*

18. *Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat ut sit sapiens.*

19. *Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum;*

20. *Et iterum: Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.*

21. *Nemo itaque gloriatur in hominibus.*

22. *Omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollon, sive Céphas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura: omnia enim vestra sunt;*

23. *Vos autem Christi, Christus autem Dei.*

Supra ostendit Apostolus quæ sit merces bene laborantium; hic agit de pœna male laborantium sive destruentium. Et circa hoc duo facit: primo, demonstrat pœnam; secundo, excludit errorem contrarium, ibi: « Nemo vos seducat. »

1^o OSTENDIT autem pœnam operan-

qui détruisent, en continuant sa comparaison de l'édifice spirituel. Sur ce point, I. il rappelle l'excellence de l'édifice spirituel; II. il détermine le châtement de ceux qui détruisent, à ces mots (v. 17) : « Si quelqu'un profane le temple de Dieu; » III. il en donne la raison, à ces autres (v. 17) : « Car le temple de Dieu est saint. »

I. Il dit donc premièrement : Il a été établi que celui qui bâtit sur la foi recevra en récompense le salut, avec ou sans épreuve; mais, pour que vous puissiez reconnaître quel est le châtement de ceux qui parmi vous travaillent mal, il vous faut connaître votre dignité. — 1^o L'apôtre l'exprime en disant (v. 16) : « Ne savez-vous pas que vous, » fidèles de Jésus-Christ, « vous êtes le temple de Dieu? » (*Ephés.*, II, v. 24) : « C'est en Lui (J.-C.) que tout l'édifice construit s'élève jusqu'à devenir un temple consacré au Seigneur; et c'est par Lui que vous faites partie de la construction de cet édifice, devenant la maison de Dieu par le Saint-Esprit. » — 2^o Il prouve que les fidèles sont le temple de Dieu. En effet, c'est la condition essentielle d'un temple d'être l'habitation de Dieu, selon cette parole (*Ps.*, x, v. 5) : « Le Seigneur est dans son saint temple. » Aussi tout lieu dans lequel Dieu habite peut être appelé du nom de temple. Or Dieu habite principalement en Lui-même, parce que Lui seul peut comprendre ses perfections infinies; Dieu est donc Lui-même appelé le temple de Dieu dans l'Apocalypse (xxi, v. 22) : « Le Dieu tout-puissant et l'Agneau en sont le temple. » Dieu habite aussi dans tout édifice consacré par le culte spirituel qu'on y rend à sa grandeur; c'est pourquoi tout édifice consacré est appelé du nom de temple, suivant cette parole (*Ps.*, v, v. 8) : « Je vous adorerai dans votre saint temple. » Dieu habite aussi dans les hommes par la foi,

tium ad destructionem, prosequens similitudinem ædificii spiritualis. Et circa hoc tria facit: primo, ostendit dignitatem spiritualis ædificii; secundo, determinat pœnam destruentium, ibi: « Si quis; » tertio, assignat rationem pœnæ, ibi: « Templum enim Dei, etc. »

I. Dicit ergo primo: Dictum est quod ille qui superædificat, mercedem salutis accipiet, vel sine detrimento, vel cum detrimento; sed ut possitis agnoscere quæ sit pœna male in vobis laborantium, oportet vos vestram dignitatem agnoscere, quam 1^o primo ponit, dicens: An vos « Nescitis quia, » vos fideles Christi, « estis templum Dei? » (*Ephes.*, II, v. 24) : « In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum

in Domino, in quo et vos cœdificamini in habitaculum Dei. » — 2^o Secundo, probat quod fideles sint templum Dei. Est enim de ratione templi quod sit habitaculum Dei, secundum illud (*Ps.*, x, v. 5) : « Deus in templo sancto suo. » Unde omne illud in quo Deus habitat, potest dici templum. Habitat autem Deus principaliter in seipso, quia ipse solus se comprehendit. Unde et ipse Deus templum Dei dicitur (*Apoc.*, xxi, v. 22) : « Dominus Deus omnipotens templum illius est. » Habitat etiam Deus in domo sacrata per spirituales cultum, qui in ea sibi exhibetur; et ideo domus sacrata dicitur templum, secundum illud (*Ps.*, v, v. 8) : « Adorabo ad templum sanctum tuum, etc. » Habitat etiam Deus

qui opère par la charité, selon cette parole aux Ephésiens (III, v. 17) : « Que le Christ habite dans vos cœurs par la foi. » Aussi, pour prouver que les fidèles sont le temple de Dieu, l'Apôtre ajoute qu'ils sont l'habitation de Dieu (v. 16) : « Et l'Esprit de Dieu habite en vous » (*Rom.*, VIII, v. 11) : « Si donc l'Esprit de celui qui a ressuscité Jésus-Christ habite en vous; » (*Ezéché.*, xxxvi, v. 27) : « Je mettrai mon Esprit au milieu de vous. » Il est donc évident par là que l'Esprit-Saint est Dieu, et que c'est à cause de son habitation dans les fidèles qu'on les appelle le temple de Dieu; car c'est l'habitation de Dieu qui fait le temple de Dieu, comme il a été dit. Or il faut remarquer que Dieu est dans toutes les créatures et qu'il y réside par son essence, par sa puissance et par sa présence, remplissant tout de ses bontés, suivant cette parole de Jérémie (xxiii, v. 24) : « Est-ce que je ne remplis pas le ciel et la terre, dit le Seigneur? » Mais on dit que Dieu habite spirituellement, comme en sa maison propre, dans les saints dont l'âme est capable de le recevoir par la connaissance et par l'amour, bien qu'eux-mêmes ne le connaissent pas d'une connaissance et d'un amour actuels, pourvu qu'ils aient par la grâce la foi et la charité habituelles, comme on le voit dans les enfants qui ont reçu le baptême. Toutefois la connaissance sans l'amour ne suffit pas pour que Dieu habite dans une âme, suivant cette parole de S. Jean (1^{re} ép., IV, v. 16) : « Quiconque demeure dans l'amour demeure en Dieu, et Dieu demeure en lui. » De là il suit que beaucoup connaissent Dieu ou d'une connaissance naturelle, ou par la foi informe, en qui cependant l'Esprit de Dieu n'habite pas.

II. Lorsqu'il ajoute (v. 17) : « Or, si quelqu'un profane le temple de

in hominibus per fidem, quæ per dilectionem operatur, secundum illud (*Ephes.*, III, v. 17) : « Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. » Unde et ad probandum quod fideles sint templum Dei, subjungit quod inhabitantur a Deo, cum dicit : « Et Spiritus Dei habitat in vobis. » Et (*Rom.*, VIII, v. 11) dictum est : « Spiritus qui suscitavit Jesum Christum habitavit in vobis; » (*Ezech.*, xxxvi, v. 27) : « Spiritum meum ponam in medio vestri. » Ex quo patet quod Spiritus Sanctus est Deus, per cuius inhabitationem fideles dicuntur templum Dei. Sola enim inhabitatio Dei templum Dei facit, ut dictum est. Est autem considerandum quod Deus est in omnibus creaturis, in quibus est per essentiam, potentiam et præsentiam,

implens omnia bonitatibus suis, secundum illud (*Jer.*, xxiii, v. 24) : « Cœlum et terram ego impleo. » Sed spiritualiter dicitur Deus inhabitare, tanquam in familiari domo, in sanctis, quorum mens capax est Dei per cognitionem et amorem, etiamsi ipsi in actu non cognoscant et diligant, dummodo habeant per gratiam habitum fidei et charitatis, sicut patet de pueris baptizatis. Et cognitio sine dilectione non sufficit ad inhabitationem Dei, secundum illud (1^{re} Joan., IV, v. 16) : « Qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. » Inde est quod multi cognoscunt Deum, vel per naturalem cognitionem, vel per fidem informem, quos tamen non inhabitat Spiritus Dei.

II. Deinde, cum dicit : « Si quis autem

Dieu, Dieu le perdra, » S. Paul énonce le châtement de ceux qui travaillent mal, en tant qu'il est applicable aux prédicateurs, en disant : « Si quelqu'un, etc. » Or on profane le temple de Dieu de deux manières : 1^o par la fausseté de la doctrine qui n'est pas édifiée sur le fondement, mais qui bien plutôt le détruit et renverse l'édifice. C'est en ce sens qu'Ezéchiél (XIII, v. 19) parle des faux prophètes : « Ils faisaient violence à ma parole devant mon peuple pour un peu d'orge et un morceau de pain. » — 2^o On le profane par le péché mortel, qui souille l'âme, ou perd le prochain par action ou par scandale. De là cette parole (*Malachie*, II, v. 14) : « Judas a souillé l'alliance que le Seigneur a aimée. » Aussi est-il juste que celui-là soit précipité par Dieu dans la damnation éternelle, qui profane le temple spirituel de Dieu ou le souille de quelque manière que ce soit. De là encore cette parole du même prophète (II, v. 12) : « Le Seigneur perdra celui qui sera coupable de ces crimes, qu'il soit maître ou disciple ; » (*Ps.* XI, v. 3) : « Le Seigneur confondra toute bouche qui trompe. »

III. En disant (v. 17) : « Car le temple de Dieu est saint, » l'Apôtre donne la raison de ce qu'il avait dit sur la sainteté du temple ; car celui qui profane quelque objet sacré commet un sacrilège et devient digne de la perdition : « Car le temple de Dieu est saint, et c'est vous qui êtes ce temple, » ainsi qu'il vient d'être dit (*Ps.*, LXIV, v. 5) : « Votre temple est saint ; il est admirable par votre équité ; » et (*Ps.*, XCII, v. 5) : « La sainteté est l'ornement de votre maison. » En effet, dans le temple matériel réside une sorte de sainteté sacramentelle, en tant que le temple est dédié au culte divin ; mais dans

templum, etc., » subjungit pœnam male operantium secundum convenientiam prædicatorum, dicens : « Si quis autem, etc. » Violatur autem templum Dei dupliciter : 1^o Uno modo, per falsam doctrinam, quæ non superædificatur fundamento, sed magis subruit fundamentum et destruit ædificium. Unde dicitur (*Ezech.*, XIII, v. 19) de falsis prophetis : « Violabant me ac populum meum propter pugillum hordei et fragmentum panis. » — 2^o Alio modo, violat aliquis templum Dei per peccatum mortale, per quod aliquis vel seipsum corrumpit, vel alium opere vel exemplo. Unde dicitur (*Malach.*, II, v. 14) : « Contaminavit Judas sanctificationem Domini quam dilexit. » Sic autem dignum est ut disperdatur ille a Deo per damnationem æternam qui violat spiri-

tuale templum Dei, vel qualitercumque polluit. Unde dicitur (*Malach.*, II, v. 12) : « Disperdet Dominus virum qui fecerit hoc, magistrum et discipulum ; » et (*in Ps.*, XI, v. 3) : « Disperdet Dominus universa labia dolosa, etc. »

nistris Christi, nec propter eos dissidebant, sed propter pseudoapostolos, quos nominare noluit, ne videretur ex odio vel invidia contra eos loqui; sed loco eorum posuerat nomen suum et aliorum bonorum prædicatorum; et hoc est quod dicit: « Hæc autem, fratres, » sc. quæ dixi de ministris de quibus gloriimini et pro quibus contenditis, « transfiguravi, » id est, figuratim loquens, transtuli, « in me et Apollon. » Dicit enim (Prov., I, v. 6): « Animadvertent parabolam et interpretationem verba sapientum et ænigmata eorum; » — « et hoc propter vos, » id est vestram utilitatem (2^e Cor., IV, v. 15): « Omnia propter vos; » — « ut in vobis discatis, ne unus vestrum infletur, » id est superbia, adversus alium proxi-

« pour un autre, » c'est-à-dire pour quelque ministre de Jésus-Christ que ce soit, « plus qu'il n'est écrit, » en d'autres termes au delà de la règle qui vous a été tracée (*Sag.*, IV, v. 19) : « Ils tomberont devant lui confus et muets. »

II^e Lorsqu'il dit (v. 7) : « Car qui vous discerne? » l'Apôtre donne la raison pour laquelle on ne doit pas s'enfler d'orgueil l'un contre l'autre. — 1. Il énonce cette raison en disant (v. 7) : « Car qui vous discerne? » ce qui peut s'entendre de deux manières : d'abord, qui vous discerne de la masse de ceux qui se perdent? Vous ne pouvez vous discerner vous-mêmes : vous n'avez donc point en vous de quoi vous enorgueillir contre un autre. De ce premier discernement il est dit (*Ps.*, XLII, v. 4) : « Mon Dieu, jugez-moi, et faites le discernement de ma cause d'avec la nation qui n'est pas sainte. » On peut encore donner à ces paroles ce sens : qui vous rend supérieur à votre prochain? ce que vous ne pouvez faire vous-mêmes. Vous ne pouvez donc vous enorgueillir contre lui. De ce second discernement il est dit (*Eccli.*, XXXIII, v. 11) : « Dans l'étendue de sa sagesse, le Seigneur a établi de la différence entre les hommes, et il a diversifié leurs voies. » Mais entre les hommes, en tant qu'ils sont fidèles de Jésus-Christ, il n'y a pas de différence; car (*Rom.*, XII, v. 5) : « Quoique nous soyons plusieurs, nous ne sommes qu'un seul corps en Jésus-Christ; » et (*Act.*, XV, v. 9) : « Dieu n'a pas fait de différence entre eux et nous, ayant purifié leurs cœurs par la foi. »

II. S. Paul répond à une sorte d'allégation; car on aurait pu se distinguer parmi les bons et les méchants en étant meilleur qu'eux, ou par des actes louables, à savoir la foi, la sagesse ou quelques avantages semblables. L'Apôtre répond à cette allégation en disant

mum suum, « pro alio, » sc. pro quocumque ministro Christi, « ne supra quam scriptum est, » id est ultra formam vobis in præmissis descriptam. Dicitur enim (*Sap.*, IV, v. 19) : « Disrumpent illos inflatos sine voce. »

II^e DEINDE, cum dicit : « Quis enim te discernit? » assignat rationem quare unus non debeat contra alium inflari. Et, I. primo, ponit rationem, dicens : « Quis enim te discernit? » Quod potest intelligi dupliciter : uno modo, sic : « Quis enim te discernit? » a massa perditorum? Tu teipsum discernere non potes : unde non habes in te unde contra alium superbias. Et de hac discretionem dicitur (in *Ps.*, XLII, v. 4) : « Judica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta. » Alio modo, po-

test intelligi : « Quis te discernit? » sc. superiorem faciens proximo tuo : hoc quod tu facere non potes ; unde contra eum superbiere non debes. Et de hac discretionem dicitur (*Eccli.*, XXXIII, v. 11) : « In multitudine disciplinæ Domini separavit eos, et immutavit vias illorum. » Sed inter homines, in quantum sunt fideles Christi, non est discretio, quia, ut dicitur (*Rom.*, XII, v. 5) : « Multi unum corpus sumus in Christo; » et (*Act.*, XV, v. 9) dicit Petrus : « Nihil discernit inter nos et illos, fide purificans corda eorum. »

II. Secundo, excludit quamdam rationem. Posset enim aliquis discerni a bonis vel a malis melior eis existens, propter bona quæ habet, puta fidem, sapientiam et hujusmodi. Sed hoc ex-

(v. 7) : « Qu'avez-vous que vous n'avez reçu? » comme s'il répondait : rien absolument. Car tous les biens viennent de Dieu, selon cette parole du ps. CIII, v. 28 : « Vous ouvrez votre main, et tout est rempli des effets de votre bonté; » et (1^{re} Paral., XXIX, v. 14) : « Tout est à vous, nous ne vous avons donné que ce que nous avons reçu de votre main. » De ce principe l'Apôtre déduit la conclusion de sa proposition, en disant (v. 7) : « Que si vous l'avez reçu, pourquoi vous glorifier comme si vous ne l'aviez pas reçu? » Celui-là donc se glorifie comme n'ayant point reçu qui se glorifie de lui-même et non de Dieu, comme ceux dont il est dit (*Ps.*, XLVIII, v. 7) : « Ils se confient dans leur force et se glorifient dans l'abondance de leurs richesses. » C'est à cette disposition que se rapporte la première espèce d'orgueil, qui fait que, s'élevant, on s'attribue ce que l'on a, selon ce passage du Psalmiste (XI, v. 5) : « Nos lèvres sont à nous; qui est notre maître? » Mais celui-là se glorifie comme ayant reçu qui, attribuant tout à Dieu, se glorifie en Lui (ci-dessus, I, v. 31) : « Que celui qui se glorifie, se glorifie dans le Seigneur. » Se glorifier ainsi, ce n'est pas s'enorgueillir, c'est s'humilier devant Dieu, auquel l'homme rend gloire, selon cette parole (*Eccli.*, LI, v. 23) : « A Celui qui me donne la sagesse je rendrai la gloire. »

III^e Lorsque S. Paul ajoute (v. 8) : « Vous voilà rassasiés, » il raille l'orgueil de ceux qui méprisaient les apôtres de Jésus-Christ. Il le fait d'abord en général, ensuite en particulier, à ces mots (v. 10) : « Nous sommes insensés à cause de Jésus-Christ. »

I. Sur le premier point, 1^o il se raille d'eux parce qu'ils présument d'eux-mêmes; 2^o parce qu'ils méprisaient les apôtres de Jésus-Christ, à ces mots (v. 9) : « Il semble que Dieu. »

cludit Apostolus, dicens : « Quid autem habes quod non accepisti? » quasi dicat : nihil. Omnia enim bona sunt a Deo, secundum illud (*Ps.*, CIII, v. 28) « Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate; » et (1^{re} Paral., XXIX, v. 14) : « Tua sunt omnia, et quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi; » et ex hoc concludit propositum, dicens : « Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? » Ille igitur gloriatur quasi non accipiens, qui de seipso gloriatur, et non de Deo, sicut de quibusdam dicitur (in *Ps.*, XLVIII, v. 7) : « Qui confidunt in virtute sua, et in multitudine divitiarum suarum gloriantur. » Et ad hoc pertinet prima species superbiæ, quæ scilicet aliquis, superbiendo quod habet, dicit a seipso habere, juxta illud (*Ps.*, XI, v. 5) : « Labia nostra a nobis sunt; quis

noster Dominus est? » Ille autem gloriatur quasi accipiens, qui omnia Deo adscribens gloriatur de ipso, sicut supra dictum est : « Qui gloriatur, in Domino gloriatur. » Sic autem gloriari non est superbiere, sed humiliari sub Deo, cui homo dat gloriam, secundum illud (*Eccli.*, LI, v. 23) : « Danti mihi sapientiam, dabo gloriam. »

III^e DEINDE, cum dicit : « Jam saturati estis, » irridet eorum superbiam qui apostolos Christi contemnebant. Et primo, in generali; secundo, in speciali, ibi : « Nos stulti sumus, etc. »

I. Circa primum duo facit : primo, irridet in eis, quod de se nimis præsumebant; secundo, deridet in eis, quod apostolos contemnebant, ibi : « Puto enim quod Deus, etc. »

1^o Sur leur présomption, d'abord il les raille de la présomption avec laquelle ils s'attribuaient ce qui n'était point à eux ; ensuite de ce qu'en particulier ils s'attribuaient ce qui ne leur appartenait pas, à ces mots (v. 8) : « Vous régnez sans nous. »

1. Or ils s'attribuaient l'abondance des biens dont ils regorgeaient. — A) Parmi ces biens, quelques-uns sont intérieurs ; l'Apôtre y fait allusion en disant : « Vous voilà rassasiés, » c'est-à-dire il vous semble que vous êtes rassasiés, en d'autres termes abondamment nourris de la douceur spirituelle, dont il est dit (*Ps.*, xvi, v. 15) : « Pour moi, Seigneur, je serai rassasié quand apparaîtra votre gloire. » Or on pouvait leur dire avec vérité : vous êtes déjà rassasiés non par la plénitude, mais par le dégoût, selon cette parole des Proverbes (xxvii, v. 7) : « L'homme rassasié dédaigne le rayon de miel. » — B) D'autres biens sont extérieurs ; S. Paul y fait allusion en disant (v. 8) : « Vous voilà devenus riches, » à ce qu'il vous semble, à savoir des dons spirituels dont parle Isaïe (xxxiii, v. 6) : « La sagesse et la science sont les richesses du salut. » On lit quelque chose d'analogue dans l'Apocalypse (iii, v. 17) : « Vous dites : je suis riche et opulent, et je n'ai besoin de rien. »

Cependant ceci paraît contredit, par ce que l'Apôtre a dit ci-dessus (I, w. 4 et 5) : « Je rends grâces à Dieu de toutes les richesses dont vous avez été comblés en Lui (Jésus-Christ) par sa parole et par sa science, etc. »

Il faut répondre que ces paroles se rapportent aux Corinthiens fervents ; mais ce que l'Apôtre dit ici s'adresse aux présomptueux, qui s'enorgueillissaient de ce qu'ils n'avaient point. On peut encore dis-

1^o Circa primum duo facit : primo, irridet eos de presumptione qua sibi attribuebant quod non habebant ; secundo, irridet eos de hoc quod sibi singulariter attribuebant, quod singulariter non habebant, ibi : « Sine nobis regnatis. »

1. Attribuebant autem sibi abundantiam honorum, A) quorum quædam sunt interiora : et quantum ad hoc dicit : « Jam saturati estis, » id est vobis videtur quod saturati estis, id est abundanter refecti spirituali dulcedine, de qua dicitur (in *Ps.*, xvi, v. 15) : « Satiabor dum manifestabitur gloria tua. » Poterat autem eis secundum veritatem dici, quod jam saturati estis, non plenitudine, sed fastidio, secundum illud (*Prov.*, xxvii, v. 7) : « Anima satiata

calcabit favum. » — B) Quædam vero sunt bona exteriora, et quantum ad hoc dicit : « Jam divites facti estis, » sicut nobis videtur, sc. divitiis spiritualibus, de quibus dicitur (*Is.*, xxxiii, v. 6) : « Divitiæ salutis sapientia et scientia. » Simile est quod dicitur (*Apoc.*, iii, v. 17) : « Dicis : quia dives sum, et locuples valde, et nullius egeo. »

Sed contra hoc videtur illud quod supra dixit in principio, dicens : « Quia in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo, et in omni scientia, et cætera. »

Sed dicendum est, quod supra dixit, quantum ad bonos qui inter eos erant ; hic autem dicit quantum ad presumptuosos, qui superbiebant de eo quod non habebant. Potest et aliter distingui

tinguer la satiété et les richesses, et rapporter la première à l'usage de la grâce, qui fait jouir des dons spirituels, et les richesses à l'habitude même des grâces.

2. Quand il dit : « Vous régnez sans nous, » S. Paul raille les Corinthiens de ce que spécialement ils s'attribuaient ce qu'ils n'avaient point. « Vous régnez sans nous, » c'est-à-dire vous vous imaginez que le royaume vous appartient et non pas à nous. Car, trompés par les faux apôtres, ils croyaient posséder seuls la vérité de la foi, qui consiste dans le royaume de Dieu, et se persuadaient que l'Apôtre et ses disciples étaient dans l'erreur. C'est contre ceux-là qu'il est écrit (*Is.*, v, v. 8) : « Voulez-vous habiter seuls au milieu de la terre ? » Et pour que l'Apôtre ne paraisse point parler ainsi par jalousie, il ajoute (v. 8) : « Que Dieu veuille que vous régniez ! » En effet, il désire qu'ils aient la vraie foi, selon cette parole des Actes (xxvi, v. 29) : « Je désire que tous ceux qui m'écoutent soient tels que je suis, à l'exception de ces chaînes. » Et pour leur donner l'exemple de l'humilité, il ajoute (v. 8) : « Afin que nous régions aussi avec vous ; » comme s'il disait : s'il y a en vous quelque chose d'excellent, nous ne dédaignons pas de vous suivre, ce que vous ne faites pas à notre égard, malgré cette parole (*Gal.*, iv, v. 18) : « Prenez pour modèles les bons dans tout ce qui est bien. » Il faut remarquer que S. Paul indique ici quatre degrés d'orgueil. — a) Le premier est de s'imaginer qu'on ne tient point de Dieu ce que l'on a reçu de Lui, ce qu'il exprime en disant : « Pourquoi vous glorifiez-vous comme ne l'ayant point reçu ? » — b) A ce degré peut se rapporter le second, qui consiste à croire qu'on a reçu, en vertu de ses propres mérites, les dons

satietas et divitiæ, ut saturitas referatur ad usum gratiæ, quo quis spiritualibus fruitur ; divitiæ autem ad ipsos habitus gratiarum.

2. Secundo, cum dicit : « Sine nobis regnatis, » irridet eos quod sibi singulariter attribuebant quod non habebant. Unde dicit : « Sine nobis regnatis, » id est ita vobis videtur quod regnum ad vos pertineat, non ad nos. Sic enim erant decepti a pseudoapostolis, ut crederent se solos habere fidei veritatem, quæ in regno Dei consistit, Apostolum autem et sequaces ejus errare. Contra quos dicitur (*Is.*, v, v. 8) : « Numquid habitabitis vos soli in medio terræ ? » Et ne videtur Apostolus ex invidia hoc dicere, subjungit : « Utinam regnetis ! » Optat enim ut veram fidem habeant, secun-

dum illud (*Act.*, xxvi, v. 29) : « Opto omnes qui audiunt, tales fieri qualis et ego sum, exceptis vinculis his. » Et ut eis exempla humilitatis præbeat, subjungit : « Ut et nos regnemus vobiscum ; » quasi dicat : si aliquam excellentiam habetis, non dedignamur vos sequi, sicut vos dedignamini sequi nos, contra illud quod dicitur (*Gal.*, iv, v. 18) : « Quod bonum est, æmulamini in bono semper. » Et est advertendum quod Apostolus hic quatuor species superbiæ tangit, quarum a) prima est quando aliquis reputat se non habere a Deo quod habet, quam tangit, dicens : « Quid gloriaris, quasi non acceperis ? » — b) Et hoc etiam potest reduci ad secundam speciem, qua aliquis existimat propriis meritis accepisse. — c) Tertia species

de Dieu.—c) Le troisième degré consiste à se vanter de ce que l'on n'a point; l'Apôtre indique cette espèce d'orgueil en disant : « Vous voilà rassasiés, vous voilà devenus riches. » — d) Le quatrième fait que, méprisant les autres, on vise à se distinguer. A ce degré se rapporte ce qui suit : « Vous régnez sans nous. »

2^o Lorsqu'il dit (v. 9) : « Car il semble que Dieu nous traite, etc., » S. Paul raille les Corinthiens de ce qu'ils méprisaient les apôtres de Jésus-Christ. D'abord il expose ironiquement leur mépris; ensuite il en dit la cause, à ces mots (v. 9) : « Parce que nous sommes un spectacle, etc. » — 1. Il dit donc : Je viens de dire que vous régnez sans nous, car il me semble, c'est-à-dire vous paraissez penser que Dieu nous traite, « nous autres apôtres, comme les derniers des hommes, » bien que plus loin, au ch. XII^e, v. 28, il soit dit que Dieu « A établi dans son Église premièrement les apôtres. » C'est en effet l'accomplissement de cette parole de S. Matthieu (xx, v. 16) : « Les derniers seront les premiers, et les premiers seront les derniers. » La preuve en est que (v. 9) : « Il nous traite comme des criminels condamnés à mort. » Ceux qu'on condamne à mort sont regardés comme les derniers des hommes, comme des gens indignes de vivre. C'est ainsi que les hommes du monde regardent les apôtres, selon cette parole du Psalmiste (XLIII, v. 22) : « Nous sommes traités comme des brebis destinées à la boucherie. »

2. En ajoutant (v. 9) : « Parce que nous sommes un spectacle, etc., » il indique la cause de leur mépris. Observons ici que, quand des criminels sont condamnés à mort, on convoque le peuple à leur supplice comme à un spectacle, et cela se pratiquait surtout pour les

est qua quis jactat se habere quod non habet, et quantum ad hoc dicit : « Jam saturati estis, jam divites facti estis. » — d) Quarta species, quando aliquis, despectis cæteris, singulariter vult videri, et quantum ad hoc pertinet quod dicit : « Sine nobis regnatis. »

2^o Deinde, cum dicit : « Puto quod Deus, etc., » irridet eos de hoc quod apostolos Christi contemnebant, et primo, irrisorie ponit contemptum; secundo, causam contemptus, ibi : « Quia spectaculum facti sumus. » — 1. Dicit ergo primo : Prius dixi quod sine nobis regnatis, puto enim, id est vos putare videmini, quod Deus nos apostolos ostendit novissimos, cum tamen (*infra*, XII, v. 28) dicatur quod Deus in Ecclesia

posuit primum apostolos. Sic enim impletur quod dicitur (*Matth.*, xx, v. 16) : « Erunt primi novissimi, et novissimi primi. » Et ponit exemplum : « Tanquam morti destinatos. » Illi enim qui sunt condemnati ad mortem, novissimi habentur inter homines, utpote quos indignum sit vivere; et tales apostoli reputantur a mundanis hominibus, secundum illud (*Ps.*, XLIII, v. 22) : « Æstimati sumus sicut oves occisionis. »

2. Deinde, cum dicit : « Quia spectaculum, » assignat causam contemptus. Circa quod considerandum est quod, quando aliqui sunt condemnati ad mortem, convocantur homines ad eorum occisionem quasi ad spectaculum; et hoc maxime fiebat circa eos qui damna-

criminels qu'on devait livrer aux bêtes. Les apôtres étant donc comme destinés à mort, S. Paul ajoute : « Parce que nous sommes un spectacle au monde, » comme si le monde entier faisait concours pour se repaître du spectacle de notre mort, selon cette parole du Psalmiste (XLIII, v. 14) : « Vous nous avez rendus un objet de mépris pour ceux qui nous environnaient. » Le saint auteur explique ce qu'il entend par le monde, en disant (v. 9) : « Et aux anges et aux hommes, » c'est-à-dire aux bons et aux méchants. En effet, au spectacle de leur mort accouraient les bons anges pour les encourager, les mauvais pour les attaquer, et, parmi les hommes, les bons leur venaient compatir et prendre modèle sur leur patience, les méchants pour les persécuter et se moquer d'eux.

II. Quand il ajoute (v. 10) : « Nous sommes insensés, » S. Paul raille les Corinthiens en particulier de ce qu'ils méprisaient les apôtres de Jésus-Christ. — 1^o Il expose ce mépris; 2^o il en donne la raison, à ces mots (v. 11) : « Jusqu'à cette heure. »

1^o Il les raille donc de leur mépris en ce qu'ils s'attribuaient à eux-mêmes l'excellence, et aux apôtres un manque d'intelligence. — A) « Nous sommes insensés à cause de Jésus-Christ, » c'est-à-dire on nous regarde comme des insensés parce que nous prêchons la croix de Jésus-Christ (ci-dessus, I, v. 18) : « La prédication de la croix est une folie pour ceux qui périssent, » et aussi parce que, pour Jésus-Christ, nous supportons les opprobres et les contestations, selon cette parole du livre de la Sagesse (v, v. 4) : « Insensés que nous étions, nous estimions leur vie une folie ! » C'est ainsi encore qu'on lit aux Actes (XXVI, v. 24) : « Festus dit à Paul : Paul vous êtes insensé! votre

bantur ad bestias, quia apostoli erant quasi morti destinati, subjungit : « Quia spectaculum facti sumus mundo, » quasi totus mundus concurrat ad spectandum nostram occisionem, secundum illud (*Ps.*, XLIII, v. 14) : « Posuisti nos opprobrium vicinis nostris. » Exponit autem quid nomine mundi intelligat, cum subdit : « Et angelis, et hominibus, » sc. bonis et malis. Concurrerant enim ad eorum spectaculum boni angeli ad confortandum, mali autem ad impugnandum, boni homines ad compatendum et exemplum patientiæ sumendum, mali homines ad persequendum et irridendum.

II. Deinde, cum dicit : « Nos stulti, etc., » irridet eos in speciali quod apostolos contemnebant. Et circa hoc duo

facit : primo, ponit contemptum; secundo, causam contemptus, ibi : « Usque in hanc horam, etc. »

1^o Circa primum irridet eorum contemptum quantum ad hoc quod sibi excellentiam, apostolis defectum attribuebant. — A) Et primo, quantum ad perfectionem intellectus, et quantum ad hoc dicit : « Nos stulti sumus propter Christum, » id est stulti reputamur, quia crucem Christi prædicamus (*supra*, I, v. 18) : « Verbum crucis pereuntibus stultitia est, » et etiam quia propter Christum opprobria et contentiones sustinemus, secundum illud (*Sap.*, v, v. 4) : « Nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam ! » Item ut legitur (*Act.*, XXVI, v. 24) : « Festus dixit Paulo : Insanis, Paule! multæ te litteræ

grand savoir vous a fait perdre l'esprit. » — « Vous, » d'après votre jugement, « vous êtes sages en Jésus-Christ, » à savoir parce que vous n'osez rendre publiquement témoignage à sa croix et ne supportez pour lui aucune persécution (*Prov.*, xxvi, v. 16) : « Le paresseux s'estime plus sage que sept hommes qui parlent toujours avec prudence. » — B) Quant au pouvoir (v. 10) : « Nous sommes faibles, » à savoir dans ce qui est extérieur, à cause des afflictions que nous supportons (2^e *Cor.*, xii, v. 5) : « Je ne veux me glorifier que dans mes infirmités ; » — « mais vous, » c'est-à-dire selon votre appréciation, « vous êtes forts, » à savoir dans ce qui tient au corps, parce que vous vivez avec sécurité et sans tribulation (*Is.*, v, v. 22) : « Malheur à vous qui mettez votre gloire à supporter le vin et votre force à remplir des coupes enivrantes ! » — « vous êtes honorés, » c'est-à-dire selon la bonne opinion que vous avez de vous-mêmes, vous êtes dignes d'honneur, vous qui extérieurement ne recevez pas d'outrages (*Is.*, xix, v. 11) : « Je suis le fils des sages, le fils des anciens rois. » — « Quant à nous, nous sommes méprisés, » d'après votre jugement et celui des autres, parce qu'on nous regarde comme méprisables (ci-dessus, i, v. 28) : « Dieu a choisi ce qu'il y a de plus vil et de plus méprisable selon le monde. » Et cependant, selon la vérité des choses, c'est tout l'opposé ; car ceux-là seuls sont méprisables qui méprisent Dieu (1^{er} *Rois*, ii, v. 30) : « Ceux qui me méprisent seront couverts d'ignominie. »

2^o Lorsqu'il dit (v. 11) : « Jusqu'à cette heure, etc., » l'Apôtre donne la raison de leur mépris. En premier lieu, il indique la pauvreté des biens temporels ; en second lieu, les tribulations par lesquelles on les

ad insaniam adducunt. » — « Vos, » secundum vestram reputationem, estis « prudentes in Christo, » quia sc. nec crucem ejus publice confiteri audetis, nec persecutionem pro eo sustinetis (*Prov.*, xxvi, v. 16) : « Sapientior sibi videtur piger septem viris sequentibus sententias. » — B) Secundo, quantum ad potestatem actionis cum dicit : « Nos infirmi » reputamur, sc. in exterioribus propter afflictiones quas sustinemus (2^e *Cor.*, xii, v. 5) : « Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, » — « vos autem, » sc. secundum vestram reputationem, estis « fortes, » sc. in rebus corporalibus, quia secure vivitis sine tribulatione (*Is.*, v, v. 22) : « Vae qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem ! » — « vos no-

biles, » sc. estis, secundum vestram estimationem, id est honore digni, qui exterius contumelias non patimini (*Is.*, xix, v. 11) : « Filius sapientium, ego filius regum antiquorum. » — « Nos autem ignobiles » sumus, secundum vestram et aliorum reputationem, quia contemptibiles habemur (*supra*, i, v. 28) : « Quæ contemptibilia sunt mundi et ignobilia elegit Deus. » Et tamen secundum rei veritatem est e converso : soli enim contemptibiles illi sunt, qui Deum contemnunt, secundum illud (1^{er} *Reg.*, ii, v. 30) : « Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. »

2^o Deinde, cum dicit : « Usque in hanc horam, etc., » assignat causam contemptus. Et primo, ponit pro causa defectum bonorum temporalium ; secundo, mala,

voyait passer, à ces mots (v. 12) : « On nous maudit, et nous bénissons ; » en troisième lieu, il déduit la conclusion qu'il se proposait, à ces autres (v. 13) : « Comme les balayures du monde. »

1. A l'égard des biens temporels, il expose : A) d'abord comment ils étaient privés du nécessaire. Il dit donc : quant à ce qui tient à la nourriture, « Jusqu'à cette heure, » c'est-à-dire sans interruption depuis notre conversion jusqu'au moment présent, « nous avons eu faim et soif » (2^e *Cor.*, xi, v. 27) : « Dans la faim et dans la soif. » Quant aux vêtements, il ajoute (v. 11) : « Et nous sommes nus, » à savoir nous manquons de vêtements, car quelquefois ils en étaient dépouillés (*Job*, xxiv, v. 7) : « Ils renvoient nus et dépouillés les hommes, ne leur laissant pas même de quoi se couvrir pendant le froid. »

On objecte ce qu'on lit au psaume xxxvi, v. 25 : « Je n'ai pas vu le juste abandonné, ni ses enfants mendier leur pain. »

Il faut répondre que les apôtres souffraient ainsi, et pourtant qu'ils n'étaient pas abandonnés ; car la divine providence proportionnait à leur égard l'abondance et la pauvreté autant qu'il leur était nécessaire pour l'exercice de la vertu. L'Apôtre dit en ce sens aux Philippiens (iv, v. 12) : « Ayant tout éprouvé, je suis fait à tout : au bon traitement et à la faim, à l'abondance et à l'indigence, car je puis tout en Celui qui me fortifie. »

B) En second lieu, S. Paul indique ce qui tient au bien-être de la vie. — a) Le premier besoin, sous ce rapport, c'est le respect des hommes. A cet égard il dit (v. 11) : « Nous recevons des soufflets, » ce qui se fait plutôt comme affront que comme peine, ainsi qu'on le

quæ in eis intelligebantur, ibi : « Male-dicimur, et benedicimus ; » tertio, con-cludit intentum, ibi : « Tanquam pur-gamenta. »

1. Circa primum duo facit : A) primo, ponit defectum quem patiebantur in rebus necessariis. Unde, quantum ad ea quæ pertinent ad victum, dicit : « Usque in hanc horam, » id est continue a conversione nostra usque in præsens tempus, « esurimus et sitimus » (2^e *Cor.*, xi, v. 27) : « In fame et siti. » Quantum vero ad vestitum, subdit : « Et nudi sumus, » id est propter vestimentorum inopiam, quia etiam interdum expoliabantur (*Job*, xxiv, v. 7) : « Nudos dimit-tunt homines vestimenta tollentes, qui-bus non est operimentum in frigore. »

Sed contra est quod dicitur (in Ps.,

xxxvi, v. 25) : « Non vidi justum dere-lictum, nec semen ejus quærens pa-nem. »

Sed dicendum est quod ita patiebantur apostoli quod non derelinquebantur, quia divina providentia moderabatur in eis et abundantiam et inopiam, quantum eis expediebat ad virtutis exercitium. Unde et Apostolus (*Philip.*, iv, v. 12) : « Ubique et in omnibus institutus sum et saturari, et esurire, et abundare et penuriam pati ; omnia possum in eo qui me confortat. »

B) Secundo, ponit defectum eorum quæ pertinent ad bene esse humanæ vitæ, quorum a) primum est reverentia ad hominibus exhibita, contra quod dicit : « Et colaphis cædimur, » quod quidem fit magis ad opprobrium quam

rapporte du Sauveur Jésus-Christ (*S. Matth.*, xxvi, v. 67) : « Alors on lui cracha au visage, etc., on lui donna des soufflets. » — *b*) La nature demande ensuite de pouvoir reposer quelque part. A cet égard, l'Apôtre ajoute (v. 11) : « Et nous n'avons point de demeure stable, » soit parce qu'ils étaient poursuivis de ville en ville par les persécuteurs, suivant cette parole de S. Matthieu (x, v. 23) : « Lorsqu'ils vous poursuivront dans une ville, fuyez dans une autre ; » soit encore parce que, pour l'exécution de leur divin ministère, ils allaient de tous côtés, suivant cette parole de S. Jean (xv, v. 16) : « Je vous ai établis afin que vous alliez et que vous portiez des fruits. » — *c*) Enfin l'ouvrier demande assistance. A ce point de vue, l'Apôtre dit : « Et nous travaillons très-péniblement de nos mains, » soit parce que quelquefois personne ne leur donnait de quoi se sustenter, soit encore parce que c'était au moyen du travail de leurs mains qu'ils se procuraient le nécessaire pour éviter d'être à charge aux fidèles, ou pour confondre les faux apôtres qui prêchaient par appât du gain, comme il est dit dans la 2^e aux Corinthiens (xii, v. 14), soit enfin pour donner à ceux qui étaient oisifs l'exemple du travail (2^e *Thess.*, iii, v. 9). C'est ainsi que l'Apôtre dit (*Actes*, xx, v. 36) : « Vous savez vous-mêmes que mes mains ont pourvu, et pour moi et pour ceux qui étaient avec moi, à tout ce qui nous était nécessaire. »

2. Lorsqu'il ajoute (v. 12) : « On nous maudit, » S. Paul énumère les maux que supportaient les apôtres. — *A*) Et d'abord les paroles outrageantes : « On nous maudit, » c'est-à-dire on dit du mal de nous, ou pour attaquer notre réputation, ou pour nous outrager, ou même pour nous charger d'imprécations (*Jér.*, xv, v. 10) : « Tous me maudissent ; » — « et nous bénissons, » c'est-à-dire nous rendons le bien

ad pœnam. Unde de Christo legimus (*Matth.*, xxvi, v. 67) quod « Exspuerunt in faciem suam, et colaphis eum ceciderunt. » — *b*) Secundo, requiritur quies in loco, contra quod dicitur : « Et instabiles sumus, » tum quia expellabantur a persecutoribus de loco in locum, secundum illud (*Matth.*, x, v. 23) : « Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam ; » tum etiam quia pro executione sui officii discurrebant ubique, secundum illud (*Joan.*, xv, v. 16) : « Posui vos ut eatis. » — *c*) Tertio, requiritur ministrantium auxilium, contra quod dicitur : « Et laboramus operantes manibus nostris, » tum quia aliquando nullus dabat eis unde possent sustentari ; tum etiam quia labore manuum suarum victum acquirerebant, vel ad vi-

tandum fidelium gravamen, vel ad repellendum pseudoapostolos, qui propter quæstum prædicabant, ut habetur (2 *Cor.*, xii, v. 14) ; tum etiam ut darent otiosis laborandi exemplum, ut habetur (2 *Thess.*, iii, v. 9). Unde dicit Paulus (*Act.*, xx, v. 36) : « Ad ea quæ mihi opus erant, et his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. »

2. Deinde, cum dicit : « Maledicimur, etc., » ponit mala quæ apostoli patiebantur. — *A*) Et primo, in verbis cum dicit : « Maledicimur, » id est male de nobis dicunt homines vel ad detrahendum, vel ad contumelias inferendum, vel etiam mala imprecando (*Jér.*, xv, v. 10) : « Omnes maledicunt mihi ; » — « et benedicimus, » id est reddimus bonum pro malo, secundum illud

pour le mal, selon cette parole de S. Pierre (1^{re} ép., iii, v. 9) : « Ne rendez point le mal pour le mal, mais au contraire bénissez ceux qui vous maudissent. » — *B*) Quant aux actes, il dit : « Nous souffrons persécution, » non-seulement parce qu'on nous chasse d'un lieu à un autre, ce qui est proprement la persécution, mais parce que nous passons par des tribulations multipliées (*Ps.*, cxviii, v. 157) : « Il en est beaucoup qui me persécutent et qui m'accablent de tribulations ; » — « et nous souffrons » en Jésus-Christ, c'est-à-dire nous supportons tout avec patience (*Eccli.*, i, v. 29) : « L'homme patient attendra le temps marqué. » — *C*) S. Paul indique la cause de l'un et de l'autre, lorsqu'il dit (v. 13) : « On nous blasphème, » c'est-à-dire on nous impute des blasphèmes, en disant que nous usons de magie ou de maléfice, ennous regardant comme ennemis de Dieu (*S. Jean*, xvi, v. 2) : « L'heure vient où quiconque vous fera mourir croira être agréable à Dieu ; » et (*Rom.*, iii, v. 8) : « Comme on nous l'impute en nous calomniant, alors qu'on nous fait dire : faisons le mal pourvu qu'il en arrive du bien. » Cependant « Nous prions » Dieu pour ceux qui nous persécutent et qui nous calomnient, selon la parole du Sauveur (*S. Matth.*, v, v. 44) : « Priez pour ceux qui vous persécutent et qui vous calomnient. »

3. En disant (v. 13) : « Nous sommes devenus comme le rebut de tous, » S. Paul montre par tout ce qui précède le mépris que le monde prodigue aux apôtres. A cause de tout ce qui précède, nous sommes devenus comme le rebut de tous, c'est-à-dire des Juifs et des Gentils, qui estiment que nous souillons la terre, qu'il faut purifier le monde par notre mort et nous repousser comme les balayures de l'univers. On appelle balayures toutes sortes d'immondices, de lé-

(1 *Pet.*, iii, v. 9) : « Non reddentes maledictum pro maledicto, sed e contrario benedictes. » — *B*) Secundo, in factis ; et quantum ad hoc dicit : « Persecutionem patimur » non solum quantum ad hoc quod fugamur de loco ad locum, quod proprie persecutio dicitur, sed quantum ad hoc quod multipliciter tribulamur, secundum illud (*Ps.*, cxviii, v. 157) : « Multi qui persequuntur me et tribulant me ; » — « et sustinemus » in Christo, sc. omnia patienter (*Eccli.*, i, v. 29) : « Usque ad tempus sustinebit patiens. » — *C*) Tertio, tangit causam utriusque, cum dicit : « Blasphemamur, » id est blasphemia imponuntur nobis, dum dicimur magi vel malefici, et reputamur Dei inimici, secundum illud (*Joan.*, xvi, v. 2) : « Venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obse-

quium se præstare Deo ; » et (*Rom.*, iii, v. 8) : « Sicut blasphemamur, et sicut aiunt quidam nos dicere : faciamus mala ut veniant bona ; » tamen, « obsecramus » Deum pro his qui nos persequuntur et blasphemant, secundum illud (*Matth.*, v, v. 44) : « Orate pro persequentibus et calumniantibus vos. »

3. Deinde, cum dicit : « Tanquam purgamenta, etc., » concludit ex omnibus præmissis eorum contemptum, dicens : Et propter omnia prædicta facti sumus « Tanquam purgamenta hujus mundi, » id est reputati sumus, et a Judæis et a Gentilibus, ut per nos mundus inquinetur, et propter nostram occisionem mundus purgetur, et tanquam simus « Peripsema omnium. » Dicitur peripsema quodcumque purgamentum, puta vel pomi, ve

gumes, de métaux ou de quoi que ce soit. Et cela « Jusqu'à cette heure, » c'est-à-dire nous souffrons tous ces maux sans interruption. Mais un jour ils auront une fin, selon cette parole du livre de la Sagesse (v, v. 3), où l'on met ces paroles dans la bouche des impies : « Les voilà donc ceux que nous avons méprisés et que nous outragions ! » et à la suite : « Les voilà comptés parmi les enfants de Dieu ! »

ferri, vel cujuscumque alterius rei. Et hoc, « Usque adhuc, » quia sc. continue hoc patimur. Sed quandoque deficiet, secundum illud (*Sap.*, v, v. 3), ubi ex ore impiorum dicitur : « Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, et in similitudinem improprietatis ! » et postea subditur : « Quomodo ergo computati sunt inter filios Dei ! »

LEÇON III^e (ch. IV, v. 14 à 21 et dernier).

SOMMAIRE. — L'Apôtre avertit sévèrement les Corinthiens, et, en termes pleins d'humilité, il les engage à suivre son exemple ; enfin il menace d'en venir au châtement.

14. Je ne vous écris pas ceci pour vous causer de la honte, mais je vous avertis de votre devoir comme mes très-chers enfants ;

15. Car, quand vous auriez dix mille maîtres dans le Christ, vous n'avez pas néanmoins plusieurs pères, puisque c'est moi qui vous ai engendrés dans le Christ Jésus.

16. Soyez donc mes imitateurs, je vous en conjure, comme je le suis moi-même du Christ.

17. C'est pour cette raison que je vous ai envoyé Timothée, qui est mon fils très-cher et très-fidèle dans le Seigneur, afin qu'il vous fasse ressouvenir de la manière dont je vis moi-même dans le Christ Jésus, selon ce que j'enseigne partout dans toutes les Eglises.

18. Il y en a parmi vous qui s'enflent de présomption, comme si je ne devais plus aller vous voir.

19. J'irai néanmoins vous voir dans peu de temps, s'il plaît au Seigneur, et alors je reconnaitrai non quelles sont les paroles, mais quelle est la vertu de ceux qui sont enflés de vanité ;

20. Car le royaume de Dieu ne consiste pas dans les paroles, mais dans la vertu.

21. Que voulez-vous : aimez-vous mieux que j'aie vous voir la verge à la main, ou avec charité et dans un esprit de douceur ?

Après avoir repris les Corinthiens de leurs jugements téméraires à l'égard des apôtres et de la présomption avec laquelle ils les méprisaient, S. Paul s'occupe de les corriger : I^o par une parole d'avertissement ; II^o par son exemple, à ces mots (v. 16) : « Soyez mes imita-

LECTIO III.

Monitione corripit, ac humili verbo ad sui exemplum hortatur, demumque minatur flagella.

14. Non ut confundam vos hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo.

15. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres ; nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.

16. Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut et ego Christi.

17. Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus et fidelis in Domino, qui vos commonefaciat vias meas, quæ sunt in Christo Jesu, sicut ubique in omni Ecclesia doceo.

18. Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam.

19. Veniam ad vos cito, si Dominus voluerit : et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem ;

20. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute.

21. Quid vultis ? in virga veniam ad vos, an in charitate et in spiritu mansuetudinis ?

Postquam Apostolus reprehendit Corinthios de hoc quod apostolos temere judicabant et presumptuose contemnebant, hic instat ad eorum correctionem, et primo, admonitionis verbo ; secundo, exemplo, ibi : « Rogo ergo vos

teurs, je vous en conjure; » III^e en leur infligeant la correction, à ces autres (v. 18) : « Il y en a qui sont enflés d'orgueil, etc. »

I^o Sur le premier de ces points, I. il indique la manière dont il va les avertir (v. 14) : « Ceci, » c'est-à-dire ce que je vous ai dit dans toute la suite de cette lettre, « je l'écris non pour vous confondre, » à savoir de cette mauvaise confusion qui jette dans le désespoir, bien que je veuille vous couvrir de cette confusion qui évite le péché, selon cette parole (*Eccli.*, IV, v. 25) : « Il y a une confusion qui fait tomber dans le péché, et il y a une confusion qui produit la grâce et la gloire; » mais je vous ai avertis « comme mes enfants, (*Eccli.*, VII, v. 25) : « Avez-vous des fils, instruisez-les et accoutumez-les au joug dès leur enfance. »

II. Il montre la manière légitime de l'avertissement, en disant (v. 15) : « Car lors même que vous auriez dix mille maîtres en Jésus-Christ, vous n'avez pas néanmoins plusieurs pères. » Remarquez ici que le père est celui qui a engendré, et le maître celui qui nourrit et qui instruit l'enfant venu à la vie (*Gal.*, III, v. 24) : « La Loi a été pour nous un maître qui nous a conduits à Jésus-Christ. » L'Apôtre se dit donc le père des Corinthiens en Jésus-Christ, parce que le premier il leur a annoncé l'Evangile. Aussi, donnant la raison de ce qu'il vient de dire, il ajoute (v. 15) : « Car c'est moi qui vous ai engendrés en Jésus-Christ par l'Evangile. » Or la génération, c'est le progrès vers la vie; mais l'homme vit en Jésus-Christ par la foi (*Gal.*, II, v. 20) : « En ce que maintenant je vis dans ce corps mortel, je vis en la foi du Fils de Dieu. » D'ailleurs « La foi, » ainsi qu'il est dit (*Rom.*, X, v. 17), « vient de ce que l'on a entendu, et l'on entend

fratres, etc. » tertio, correctionis flagello, ibi : « Tanquam non venturus sim, etc. »

I^o Circa PRIMUM tria facit. — I. *Primo*, ponit admonitionis modum, dicens : « Hæc, » sc. quæ in serie epistolæ hujusque vobis dixi, « scribo non ut confundam vos, » sc. mala confusione quæ in desperationem mittit, quamvis velim vos confundi confusione quæ peccatum vitat, secundum illud (*Eccli.*, IV, v. 25) : « Est confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gratiam et gloriam. » Sed prædicta moneo vos « ut filios » (*Eccli.*, VII, v. 25) : « Filii tibi sunt, erudi illos et curva illos a pueritia eorum. »

II. *Secundo*, ostendit debitum admo-

nendi modum, dicens : « Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. » Ubi considerandum est quod pater est qui primo generat; pædagogus autem est qui jam natum nutrit et erudit (*Gal.*, III, v. 24) : « Lex pædagogus noster fuit in Christo. » Dicit ergo Apostolus se patrem eorum in Christo, quia eis primo Evangelium prædicavit. Unde assignans rationem ejus quod dixerat, subdit : « Nam in Christo Jesu per Evangelium vos genui. » Est autem generatio processus ad vitam, homo autem vivit in Christo per fidem (*Gal.*, II, v. 20) : « Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei. » — « Fides autem, » ut dicitur (*Rom.*, X, v. 17, « est ex auditu

parce que l'on a prêché la parole de Jésus-Christ. » La parole de Dieu est donc la semence par laquelle l'Apôtre les a fait naître à Jésus-Christ, ce qui fait dire à S. Jacques (I, v. 18) : « C'est volontairement qu'il nous a engendrés par la parole de vérité. » Que si S. Paul appelle les autres maîtres, c'est qu'après que les Corinthiens eurent reçu le don de la foi, des prédicateurs leur étaient venus en aide. Il veut faire comprendre qu'il existe, quant à la prédication de l'Evangile, entre le maître et le père le rapport qu'il a fait ressortir (ci-dessus, III, w. 1 à 15) entre celui qui arrose et celui qui plante, entre celui qui continue à édifier et celui qui pose le fondement.

II^o Lorsque l'Apôtre dit (v. 16) : « Soyez donc mes imitateurs, je vous en conjure, mes frères, » il insiste sur leur correction en se proposant pour exemple. — I. Il les exhorte à suivre cet exemple en disant : dès lors que vous êtes mes enfants, puisque tout enfant bien né imite son père, « soyez mes imitateurs, je vous en conjure, » c'est-à-dire ne jugez point témérairement, comme moi-même je ne juge personne; car je n'ai pas même la présomption de me juger moi-même; ayez de vous-mêmes des sentiments d'humilité, et des autres de hautes idées. On voit par là que ce n'est pas sans motif qu'il s'est servi de ces expressions : « Nous sommes faibles, vous êtes forts, » (2^e *Thess.*, III, v. 9) : « Nous avons voulu vous donner en nous un exemple à imiter. » Or il faut observer que ceux que tout à l'heure il appelait ses enfants, il les nomme maintenant ses frères. Il les avait appelés ses enfants en Jésus-Christ, parce qu'il les avait engendrés pour Jésus-Christ et non pour lui-même; mais parce que lui-même avait aussi été engendré par Jésus-Christ, il les regardait et comme ses frères et comme ses enfants. Ils devaient donc l'imiter

auditus autem per verbum. » Unde verbum Dei est semen quo Apostolus eos genuit in Christo. Unde (*Jac.*, I, v. 18) : « Voluntarie nos genuit verbo veritatis. » Alios autem dicit pædagogos, quia postquam fidem receperant, eos adjuvarunt : ut intelligatur esse eadem comparatio quantum ad prædicationem Evangelii pædagogi ad patrem, quæ supra (III, w. 1-15) posita est, rigatoris ad plantatorem, et superædificatoris ad fundatorem.

II^o DEINDE, cum dicit : « Rogo ergo vos, fratres, » instat ad corrigendum eos suo exemplo. — I. Et *primo*, hortatur eos ad imitandum suum exemplum, dicens : « Ergo » ex quo estis filii, cum

bonorum filiorum sit imitari patres, « rogo vos, imitatores mei estote, » sc. ut non temere judicetis, sicut nec ego, quia neque meipsum judicare præsumo, et de vobis humilia sentiat, et de aliis majora. Unde non sine causa tali modo loquendi usus est : « Nos infirmi, vos fortes, » (2^e *Thess.*, III, v. 9) : « Ut formam nosmetipsos daremus vobis ad imitandum. » Advertendum est autem quod eosdem quos supra filios nominavit, nunc nominat fratres. Dixerat autem suos filios in Christo, quia eos non sibi, sed Christo genuerat, et quia ipse genitus erat a Christo, ex consequenti eos habebat ut fratres et filios. In tantum ergo debebant eum imitari ut patrem,

d'autant mieux comme leur père, qu'il imitait lui-même aussi d'avantage Jésus-Christ, le premier père de tous les chrétiens. En parlant ainsi, il avertit les inférieurs de ne point suivre les mauvais exemples de ceux qui sont au-dessus d'eux. De là concluons que les inférieurs sont tenus d'imiter les supérieurs, mais en tant que ceux-ci imitent eux-mêmes Jésus-Christ, qui, étant la règle infaillible de la vérité, s'est proposé lui-même en exemple aux apôtres (*S. Jean*, XIII, v. 15) : « Je vous ai donné l'exemple, afin que vous fassiez vous-mêmes comme j'ai fait. » Cet exemple, S. Paul le suivait, selon cette parole de *Job* (XXIII, v. 11) : « Mes pieds ont suivi ses traces ; j'ai gardé ses voies, et je ne m'en suis pas détourné. »

II. En second lieu, l'Apôtre prévient l'excuse de l'ignorance, en disant (v. 17) : « C'est pour cela que je vous ai envoyé Timothée, qui est mon très-cher fils, et un fidèle ministre du Seigneur, » selon cette parole du même S. Paul aux Philippiens (II, v. 20), où il dit en parlant du même Timothée : « Je n'ai personne en si parfaite unité de sentiment avec moi, et qui se montre plus sincèrement occupé de vous par une affection sincère. » — « Il vous fera connaître mes voies, » c'est-à-dire la manière dont je me conduis moi-même, en d'autres termes, toutes mes œuvres, et vous avertira de les imiter (*Jér.*, VI, v. 16) : « Considérez les anciens sentiers pour connaître la bonne voie, et marchez-y ensuite. » Or « ces voies » sont « en Jésus-Christ ; » voilà pourquoi vous ne devez pas négliger de les suivre (*Ps.*, XXIV, v. 4) : « Seigneur, montrez-moi vos voies. » Et que cela ne vous paraisse point pénible, parce que je l'impose communément à tous (v. 17) : « Comme je l'enseigne dans toutes les Églises » (*Colos.*, I,

in quantum et ipse Christum imitabatur, qui est omnium principalis pater. Et per hoc subtrahitur subditis occasio de adhaerendo malis exemplis praelatorum. Unde in hoc subditi solum praelatos imitari debent, in quo ipsi Christum imitantur, qui est infallibilis regula veritatis. Unde seipsum apostolis in exemplum posuit (*Joan.*, XIII, v. 15) : « Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, etc. » Quod quidem exemplum Paulus sequebatur, secundum illud (*Job*, XXIII, v. 11) : « Vestigia ejus secutus est pes meus, viam ejus custodivi, et non declinavi ab ea. »

II. *Secundo*, remouet excusationem ignorantiae, dicens : « Ideo misi ad vos Timotheum qui est filius meus charis-

simus, et fidelis in Domino, » secundum illud (*Philip.*, II, v. 20) de Timotheo loquens : « Neminem habeo ita unanimem, qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. » — « Qui vos commonefaciat vias meas, » id est qui vos doceat meos processus, id est omnia opera, et moneat vos ad ea sequendum, secundum illud (*Jér.*, VI, v. 16) : « Interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, et ambulate in ea. » — « Quæ » quidem viæ « sunt in Christo ; » et ideo non debetis dedignari eas sequi, secundum illud (*Ps.*, XXIV, v. 4) : « Vias tuas, Domine, demonstra mihi. » Et non videatur vobis hoc onerosum, quia hoc communiter omnibus impono. Unde subdit : « Sicut ubique in Ecclesia doceo » (*Col.*,

v. 4) : « Vous avez connaissance de l'Evangile de vérité, qui vous est parvenu comme par toute la terre. » Ou encore ce mot de S. Paul : « Mes voies, » doit se rapporter aux œuvres ; et ce qu'il ajoute : « Comme je l'enseigne partout, » à la doctrine ; car Timothée était envoyé pour les engager à imiter les œuvres et à garder les enseignements de l'Apôtre.

III^e En ajoutant (v. 18) : « Il y en a parmi vous qui sont enflés d'orgueil, etc., » S. Paul menace les Corinthiens de la verge de la correction. — I. Il leur montre qu'ils la méritent, en disant (v. 18) : « Quelques-uns, » à savoir d'entre vous, « se sont enflés d'orgueil, comme si je ne devais pas retourner vous voir, » comme s'ils ne craignaient point d'être convaincus par moi de cet orgueil, et toutefois ils sont dignes de la verge, suivant cette parole (*Job*, XL, v. 7) : « Jetez les yeux sur les orgueilleux, et confondez les. »

II. L'Apôtre annonce son arrivée, et dit qu'il viendra pour les juger. — 1^o Il annonce son retour en disant (v. 19) : « Cependant j'irai bientôt vers vous. » Et parce qu'il est dit (*Prov.*, XVI, v. 9) : « Le cœur de l'homme dispose sa voie, mais l'œil du Seigneur affermit ses pas, » il ajoute (v. 19) : « S'il plaît au Seigneur (*S. Jacq.*, IV, v. 15) : « S'il plaît au Seigneur, et si nous vivons, nous ferons telle ou telle chose. » — 2^o Il les prévient qu'en qualité de juge il informera sur tout (v. 19) : « Et je connaîtrai, » à savoir selon la forme judiciaire (*Job*, XXIX, v. 16) : « Je m'instruisais avec un soin extrême de la cause que je ne connaissais pas. » — « Non pas le langage de ceux qui sont enflés d'orgueil, mais quelle est leur vertu ; »

I, v. 4) : « Audistis veritatis Evangelium, quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo. » Vel hoc quod dicit : « Vias meas, » referendum est ad opera ; quod vero dicit : « Sicut et ubique, » ad documenta. Ad hæc enim missus erat Timotheus, ut induceret eos ad imitanda opera, et tenenda Apostoli documenta.

III^e DEINDE, cum dicit : « Tanquam non venturus sim ad vos, » comminatur eis correctionis flagellum. — I. Et primo, ostendit eos esse dignos correctionis flagello, dicens : « Tanquam non venturus sim ad vos, inflati sunt quidam, » sc. vestrum, quasi non timentes per me de sua superbia convinci, et tamen digni sunt flagellis : nam humiles soli verbis corriguntur, superbi flagellis

indigent, secundum illud (*Job*, XL, v. 7) : « Respice cunctos superbos, et confunde eos. »

II. *Secundo*, prænuntiat eis suum adventum, quo veniet ad judicandum, ubi : 1^o primo, prænuntiat adventum, dicens : « Veniam autem cito ad vos. » Et quia dicitur (*Prov.*, XVI, v. 9) : « Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus ejus. » Ideo subdit : « Si Dominus voluerit, » (*Jac.*, IV, v. 15) : « Si Dominus voluerit, etsi vixerimus, faciemus hoc aut illud. » — 2^o *Secundo*, prænuntiat eis suam judicariam cognitionem, cum dicit : « Et cognoscam, » sc. ordine judiciario, secundum illud (*Job*, XXIX, v. 16) : « Causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam. » — « Non sermonem eorum qui

comme s'il disait : n'attendez pas pour cela que, par suite de mon examen, j'approuve ceux qui abondent en paroles; mon approbation sera pour ceux qui abonderont en vertus, parce que, comme il est dit (*Prov.*, XIV, v. 23) : « Là où l'on parle beaucoup, l'indigence se trouve souvent. »

III. S. Paul donne la raison de cette conduite, en disant (v. 20) : « Car le royaume de Dieu ne consiste pas dans les paroles, mais dans les œuvres, » c'est-à-dire si quelques-uns n'appartiennent pas au royaume de Dieu, c'est parce que leur richesse n'est qu'en paroles (*S. Matth.*, VII, v. 21) : « Tous ceux qui me disent : Seigneur ! Seigneur ! n'entreront pas pour cela dans le royaume des cieux, mais celui qui fait la volonté de mon Père. »

tem, subdens : « Sed in azymis sinceritatis et veritatis, » id est sinceritate et veritate, quæ significantur per azyma. Ponitur autem sinceritas contra corruptionem peccati, quod significavit cum dixit : « Non in fermento malitiæ et nequitiae. » Nam sincerum dicitur quod est sine corruptione. Unde (2 Cor., II, v. 17) dicitur : « Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate in Christo loquimur. » Veritas

vero ponitur contra figuras veteris Legis, sicut (Joan., I, v. 17) dicitur : « Veritas et gratia per Jesum Christum facta est, » quia sc. verum pascha cum veritate, et non cum figuris celebrare debemus. Unde, secundum Glossam, per sinceritatem intelligitur innocentia a vitiis seu novitas vitæ ; per veritatem autem justitia bonorum operum, vel rectitudo, quæ fraudem excludit.

LEÇON III^e (ch. V, w. 9 à 13 et dernier).

SOMMAIRE. — L'Apôtre explique le sens d'une parole de sa lettre qui avait été mal interprétée ; il indique qui sont ceux dont il faut éviter la société.

9. Je vous ai écrit dans une lettre : N'ayez point de commerce avec les fornicateurs ;

10. Ce que je n'entends pas des fornicateurs de ce monde, non plus que des avares, des ravisseurs, ou des idolâtres ; autrement il faudrait que vous sortissiez de ce monde.

11. Mais quand je vous ai écrit de n'avoir pas de commerce avec ces sortes de personnes, j'ai entendu que si celui qui est du nombre de vos frères est fornicateur, ou avaré, ou idolâtre, ou médisant, ou ivrogne, ou ravisseur, vous ne mangiez pas même avec lui.

12. Car pourquoi entreprendrai-je de juger ceux qui sont dehors ? N'est-ce pas de ceux qui sont dans l'Eglise que vous avez droit de juger ?

13. Dieu jugera ceux qui sont dehors ; mais pour vous, retranchez le méchant du milieu de vous.

S. Paul, dans ce qui précède, a exhorté les Corinthiens à retrancher du milieu d'eux le pécheur, ce qu'ils avaient négligé de faire, par une fausse interprétation d'une parole contenue dans une lettre que l'Apôtre leur avait adressée auparavant. Il détruit donc maintenant le sens erroné qu'ils avaient tiré de ses paroles. A cet effet, I^o il répète ce qu'il avait dit dans cette lettre précédente ; II^o il en écarte le sens faux, à ces mots (v. 10) : « Ce que je n'entends pas des fornicateurs de ce monde ; » III^o il expose le véritable sens, à ces autres (v. 11) : « Quand je vous ai écrit, etc. »

LECTIO III.

Declarat cujusdam epistolæ verbum a Corinthiis non sane acceptum, docetque eos quibus non liceat commisceri.

9. Scripsi vobis in epistola : Ne commisceamini fornicariis.

10. Non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus : alioquin deberatis de hoc mundo exisse.

11. Nunc autem scripsi vobis non commisceri : Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere.

12. Quid enim mihi de his qui foris sunt, judicare ? nonne de his qui intus sunt, vos judicatis ?

13. Nam eos qui foris sunt, Deus judicabit. Auferte malum ex vobis ipsis.

Induxerat supra Apostolus Corinthios ad hoc quod a seipsis peccatorem separarent, quod quidem prætermiserat propter falsum intellectum cujusdam verbi, quod continebatur in epistola quadam, quam eis prius miserat. Et ideo pravum sensum, quem ex verbis conceperant, nunc excludit. Unde circa hoc tria facit : primo, resumit verbum prioris epistolæ ; secundo, excludit falsum intellectum, ibi : « Non utique fornicariis ; » tertio, exponit verbum intellectum, ibi : « Nunc autem scripsi vobis. »

I^o Il dit donc d'abord (v. 9) : « Je vous ai dit dans une autre lettre, » qui n'est pas comprise dans le canon des Ecritures, « Ne vous mêlez point aux fornicateurs, » c'est-à-dire n'ayez avec eux ni commerce, ni communion, selon cette parole des Proverbes (I, v. 15) : « Mon fils, ne marchez pas avec eux, détournez vos pas de leurs sentiers ; » (*Eccli.*, IX, v. 6) : « Ne livrez votre âme en aucune manière à ceux qui commettent la fornication. »

II^o Lorsqu'il ajoute (v. 10) : « Ce que je n'entends pas des fornicateurs de ce monde, » il repousse le sens faux donné à cette parole citée. — I. Il expose ce qu'il veut établir ; II. il conclut sa proposition à ces mots (v. 10) : « Autrement il vous faudrait sortir de ce monde. »

I. Sur le sens de sa lettre, il faut remarquer que, d'après les expressions que l'Apôtre vient de citer, les Corinthiens s'étaient jetés dans une double erreur. — 1^o D'abord ils entendaient que l'Apôtre avait parlé des fornicateurs infidèles. S. Paul repousse donc d'abord cette interprétation, en disant : « Non pas » cependant que j'aie voulu dire qu'il ne faut point que vous ayez de commerce « avec les fornicateurs de ce monde. » Or il appelle les infidèles monde, selon ce qui est dit en S. Jean (I, v. 10) : « Et le monde ne l'a point connu ; » et (ci-dessus, I, v. 21) : « Le monde avec sa propre sagesse n'a point connu Dieu. » — 2^o Ils pensaient que l'Apôtre avait porté cette défense seulement à l'égard des fornicateurs et non des autres pécheurs. Pour écarter cette seconde erreur, S. Paul ajoute (v. 10) : « Non plus que les avarés, » c'est-à-dire ceux qui retiennent injustement le bien d'autrui (*Ephés.*, v, v. 5) : « L'avarice, qui est la servi-

I^o Dicit ergo PRIMO : « Scripsi vobis in epistola » quadam alia, quæ in Canone non habetur : « Ne commisceamini fornicariis, » id est non habeatis cum eis societatem vel communionem, secundum illud (*Prov.*, I, v. 15) : « Fili mi, ne ambules cum eis ; prohibe pedem tuum a semitis eorum (*Eccli.*, IX, v. 6) : « Non des fornicariis animam tuam in ullo. »

II^o DEINDE, cum dicit : « Non utique fornicariis, » excludit falsum intellectum prædicti verbi. Et primo proponit quod intendit ; secundo, concludit propositum, ibi : « Alioquin debueratis, etc. »

I. Circa primum considerandum est quod in prædicto verbo Apostoli, dupli-

citer falsum intellectum conceperant Corinthii. — 1^o Primo, quantum ad hoc quod intelligebant illud esse dictum de fornicariis infidelibus, sed illud excludit Apostolus, dicens : « Non utique » intendit dicere, quod non commisceamini « fornicariis hujus mundi ; » vocat autem infideles nomine mundi, secundum quod dicitur (*Joan.*, I, v. 10) : « Mundus eum non cognovit ; » (*supra*, I, v. 21) : « Non cognovit mundus per sapientiam Deum. » — 2^o Secundo, conceperant falsum intellectum quantum ad hoc quod putabant prohibuisse Apostolum solum de fornicariis, non autem de aliis peccatoribus. Et ideo ad hoc excludendum subdit : « Aut avaris, » qui sc. injuste detinent aliena (*Ephés.*, v, v. 5) : « Avar-

tude des idoles, n'aura point de part dans l'héritage de Jésus-Christ et de Dieu ; » — « ou les ravisseurs, » c'est-à-dire ceux qui enlèvent avec violence ce qui ne leur appartient pas (ci-après VI, v. 10) : « Les ravisseurs ne posséderont point le royaume de Dieu, » — « ou ceux qui servent les idoles » (*Sag.*, XIV, v. 27) : « Car le culte des abominables idoles est la cause, le principe et la fin de tous les maux. » Voici donc les sens de S. Paul : Non-seulement je vous ai défendu le commerce avec les fornicateurs, mais encore avec tous les autres pécheurs. Remarquons que, par la fornication, on pèche contre soi-même, par l'avarice et la rapacité contre le prochain, et par le culte des idoles contre Dieu. Cette énumération que fait l'Apôtre comprend toutes les espèces de péché.

II. Lorsque S. Paul dit (v. 10) : « Autrement il vous faudrait sortir du monde, » il donne la raison de sa proposition. (v. 10) « Autrement, » c'est-à-dire s'il faut appliquer la parole précitée aux fornicateurs de ce monde, « il vous faudrait sortir du monde. » En effet, ce monde est plein de tels pécheurs, en sorte que, sans en sortir, vous ne pourriez éviter ces fornicateurs ; car il est dit (1^{re} S. Jean, v, v. 19) : « Tout le monde est sous l'empire de l'esprit malin ; » ou autrement : « Il vous faudrait sortir du monde, » comme s'il disait : depuis l'époque de votre conversion, vous devriez être séparés des infidèles du monde. Il n'est donc pas nécessaire de vous donner cet avertissement, car il est dit (*S. Jean*, xv, v. 19) : « Je vous ai choisis du milieu du monde ; » ou encore : « Il vous faudrait sortir du monde, » c'est-à-dire par la mort ; car il vaut mieux pour les hommes mourir que de donner son assentiment au péché du pécheur.

ritia quæ est idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Christi et Dei ; » — « aut rapacibus, » qui sc. violenter diripiunt aliena (*infra*, VI, v. 10) : « Neque rapaces regnum Dei possidebunt ; » — « aut idolis servientibus, » contra quos dicitur (*Sap.*, XIV, v. 27) : « Nefandorum enim idolorum cultura omnis malitiæ causa est, initium et finis. » Et est sensus : Non solum vobis prohibui societatem fornicatorum, sed etiam omnium aliorum peccatorum. Et est advertendum quod per fornicationem quis peccat contra seipsum ; per avaritiam autem et rapacitatem contra proximum ; per idolorum autem culturam contra Deum ; et in his quæ ponit, omne peccati genus intelligitur.

II. Deinde, cum dicit : « Alioquin,

etc., » assignat rationem propositi, dicens : « Alioquin, » si sc. sit intelligendum verbum prædictum de fornicariis hujus mundi, « debueratis de hoc mundo exisse, » quia sc. totus mundus talibus plenus est. Unde non possetis tales fornicarios vitare, nisi de hoc mundo exeundo. Dicitur enim (1^{re} *Joan.*, v, v. 19) : « Totus mundus in maligno positus est. » Vel aliter : « Debueratis de hoc mundo exisse ; » quasi dicat : a tempore conversionis vestræ debueratis ab infidelibus mundi separari. Unde non oportet vos super hoc moneri ; dicitur enim (*Joan.*, xv, v. 19) : « Ego elegi vos de mundo. » Vel aliter : « Debueratis de hoc mundo exisse, » sc. per mortem. Melius est enim hominibus mori quam peccatoribus in peccatis consentire.

C'est de là qu'il est dit (ci-après, IX, v. 15) : « J'aimerais mieux mourir que de souffrir que quelqu'un me fit perdre cette gloire qui m'appartient. »

III^e Lorsqu'il ajoute (v. 11) : « Quand je vous ai écrit, » l'Apôtre expose aux Corinthiens le véritable sens de sa lettre. — I. Il dit ce qu'il veut établir; II. il en donne la raison, à ces mots (v. 12) : « En effet, pourquoi voudrais-je juger ? » III. Il déduit la conclusion proposée, à ces autres (v. 13) : « Mais retranchez le méchant. »

I. Il dit donc d'abord : Voici comment j'explique ce que je vous ai autrefois écrit « de n'avoir pas de commerce, » à savoir avec les fornicateurs et les autres pécheurs, « que si celui qui parmi vous porte le nom de frère, » ainsi que Notre-Seigneur disait en S. Matthieu (XXIII, v. 8) : « Vous êtes tous frères. » Toutefois l'Apôtre ne dit pas si celui qui est votre frère, mais si celui qui est appelé votre frère; car par le péché mortel on s'éloigne de la charité, qui est le principe de la fraternité spirituelle. C'est de là qu'il est dit (*Hébr.*, XIII, v. 1) : « Conservez toujours la charité entre vos frères. » On porte donc le nom de frère à cause de la vérité de la foi; mais on n'est pas véritablement frère si le péché a détruit la charité. Aussi S. Paul ajoute (v. 11) : « Et s'il est fornicateur, ou avare, ou idolâtre, ou médissant, ou adonné à l'ivrognerie, ou ravisseur du bien d'autrui, ne mangez même pas avec lui, » c'est-à-dire vous devez vous abstenir de manger avec lui, selon cette parole de S. Jean (2^e ép., v. 10) : « Si quelqu'un vient chez vous et n'y porte pas cette doctrine, ne le recevez pas même dans votre maison et ne le saluez pas; » comme s'il disait : En vous écrivant de n'avoir aucun commerce avec les pécheurs, j'ai voulu vous parler de ceux d'entre les fidèles qui portent le nom de frères et qui vivent parmi vous. Mais il ne faut pas en-

Unde dicitur (*infra*, IX, v. 15) : « Melius est enim mihi mori quam ut gloriam meam quis evacuet. »

III^e DEINDE, cum dicit : « Nunc autem scripsi vobis, » exponit eis verum intellectum. Et primo, proponit quod intendit; secundo, rationem assignat, ibi : « Quid enim mihi est ? » tertio, infert conclusionem intentam, ibi : « Auferte malum, etc. »

I. Dicit ergo primo : Nunc autem sic expono quod olim scripsi vobis : « Non commisceamini, » sc. fornicariis et aliis peccatoribus, « si is qui inter vos frater nominatur, » eo modo quo Dominus dicit (*Matth.*, XXIII, v. 8) : « Omnes vos fratres estis. » Non tamen dicit si is qui frater est, sed si is qui frater nominatur, quia per peccatum mortale aliquis a

charitate recedit, quæ est spiritualis fraternitatis causa. Unde (*Hébr.*, XIII, v. 1) dicitur : « Caritas fraternitatis maneat in vobis. » Nominatur ergo frater propter fidei veritatem; non autem est vere frater, propter charitatis defectum qui est ex peccato. Unde subditur : « Aut fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut rapax, aut ebriosus, cum hujusmodi nec cibum sumere, » sc. debetis, secundum illud (2^a *Joan.*, v. 10) : « Si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domo vestra, nec ave dixeritis ei; » quasi dicat : per hoc quod dixi non debere vos misceri peccatoribus, intellexi de fidelibus, qui nominantur fratres, et sunt inter vos. Non autem per hoc intelligendum est, sicut

tendre, comme S. Augustin le remarque dans son livre *contre Parnénion* (liv. III, ch. 8), et comme la Glose le dit sur ce passage, qu'un pécheur doit être séparé par un jugement extraordinaire de la communion des fidèles, sur ce motif qu'il peut donner souvent dans l'erreur; mais plutôt cette séparation doit se faire, selon l'ordre de l'Eglise, quand celui qu'il s'agit de séparer de la communion est convaincu ou s'avoue coupable. Voilà pourquoi S. Paul dit expressément : « Celui qui porte le nom de frère, » afin de nous faire comprendre qu'il s'agit de la dénonciation faite par la sentence de l'Eglise et d'après les formes qu'on suit dans les jugements des accusés. Or on doit éviter ceux qui sont ainsi retranchés de la communion, quant à la table commune, comme il est dit ici, et quant à la salutation, comme il est prescrit dans le passage précité de S. Jean, et enfin quant à la sainte communion. De là ce vers : On refuse à l'excommunié le baiser fraternel, la prière, la salutation, la communion, la table commune.

Remarquons que S. Paul n'a désigné que des péchés mortels, afin de montrer qu'on ne doit excommunier quelqu'un que pour des fautes de cette gravité; ce qui est évident pour les autres fautes qu'il a énumérées. Quant à l'ivrognerie, il peut y avoir une difficulté, car il ne semble pas qu'elle soit toujours mortelle. En effet, S. Augustin dit, dans le *Sermon sur le Purgatoire*, que l'ivrognerie, à moins d'être fréquente, n'est pas péché mortel. La raison, à mon avis, c'est que l'ivrognerie est bien de soi péché mortel, car lorsque par la délectation que produit le vin on veut perdre l'usage de la raison, on s'expose au péril de commettre beaucoup d'autres péchés, ce qui est contre la

dicit Augustinus (in libro *contra Parnenium*), et habetur in Glossa hic, quod aliquis extraordinario judicio debeat a communione aliorum separari, quia frequenter posset errare; sed potius hoc debet fieri secundum ordinem Ecclesiæ, quando aliquis a communione repellitur, ut convictus, vel sponte confessus; et ideo signanter dicit : « Si is qui nominatur, » ut eam nominationem intelligamus, quæ fit per sententiam Ecclesiæ ordine judiciario contra aliquem prolatam. Illi autem qui sic a communione pelluntur, sunt vitandi quantum ad mensam, sicut hic dicitur, et quantum ad salutationem, ut dicitur in prædicta auctoritate Joannis, et ulterius quantum ad sacram communionem. Unde in versu dicitur : Os, orare,

vale, communico, mensa negatur, sc. excommunicato.

Sed notandum quod Apostolus supra non numeravit nisi peccata mortalia, in signum quod pro solo peccato mortali debet aliquis excommunicari, et de aliis quidem quæ ponit manifestum est. Sed de ebrietate potest esse dubium, quæ non semper videtur esse peccatum mortale. Dicit enim Augustinus (in sermone *de Purgatorio*) quod ebrietas, nisi sit frequens, non est peccatum mortale : quod credo ideo esse, quia ebrietas ex suo genere est peccatum mortale. Quod enim aliquis propter delectationem vini velit perdere usum rationis, exponens se periculo multa alia peccata perpetrandi, videtur esse contrarius charitati. Contingit tamen per accidens

charité. Cependant il arrive par accident que l'ivresse ne soit pas péché mortel, soit parce qu'on ne connaît pas la force du vin, soit à cause de la faiblesse de la tête, excuse que l'on ne peut toutefois alléguer après une expérience réitérée. Voilà pourquoi l'Apôtre dit à dessein, non l'homme « ivre, » mais « adonné à l'ivrognerie. » Il ajoute deux péchés à ceux qu'il avait nommés déjà, à savoir l'ivrognerie et la médisance. Or l'ivrognerie se rapporte à ce genre de péchés que l'on commet contre soi-même, classe de péchés qui renferme non-seulement la luxure, mais encore la gourmandise. Quant à la médisance, elle se rapporte à cette autre espèce de péchés qui se commettent contre le prochain, à qui on peut nuire non-seulement de fait, mais encore de parole, en souhaitant du mal, ou en diffamant avec mauvaise intention, ce qui appartient à la détraction, ou en disant du mal en face, ce qui appartient à la contumélie¹. Tous ces péchés portent le caractère de la médisance, comme il a été expliqué.

II. En disant (v. 12) : « En effet, pourquoi voudrais-je juger ? » S. Paul assigne la raison de ce qu'il avait dit. — 1^o Il énonce cette raison en ces termes : J'ai dit que ceci doit être entendu de ceux qui portent le nom de frères, et non des infidèles. « En effet, pourquoi voudrais-je, » c'est-à-dire en quoi m'appartient-il de « juger, » en d'autres termes, porter une sentence de condamnation « sur ceux qui sont dehors ? » à savoir les infidèles, qui sont entièrement hors de l'Eglise. Car les chefs des Eglises reçoivent la puissance spirituelle sur ceux-là seulement qui se sont soumis à la foi, selon cette parole de la 2^e épître aux Corinthiens (x, v. 6) : « Ayant en main le pouvoir

¹ Par contumélie, les théologiens entendent l'injure qu'on fait au prochain en sa présence, par paroles ou par action. C'est un mépris ou un affront qui porte atteinte à son honneur.— (Gousset, t. I, p. 554.)

ebrietatem non esse peccatum mortale propter ignorantiam vini fortitudinis, vel debilitatis proprii capitis, quæ tamen excusatio tollitur per frequentem experientiam ; et ideo Apostolus signanter non dicit « ebrius, » sed « ebriosus. » Addit autem duo peccata his quæ supra posuerat, sc. ebriosum et maledicum. Refertur autem ebrietas ad genus peccati, quod committitur contra seipsum, sub quo continetur non solum luxuria, sed etiam gula : maledicus autem refertur ad genus peccati, quod committitur contra proximum, cui nocet aliquis non solum facto, sed etiam verbo, malâ imprecando, vel male diffamando, quod pertinet ad detractorem, vel mala in faciem di-

cendo, quod pertinet ad contumeliam ; et hoc totum pertinet ad rationem maledici, ut supra dictum est.

II. *Deinde*, cum dicit : « Quid enim mihi est, etc. ? » assignat rationem ejus quod dixerat. Et circa hoc tria facit : 1^o primo, assignat rationem, dicens : Dixi hoc esse intelligendum de fratribus, et non de infidelibus : « Quid enim mihi est, » id est quid ad me pertinet, « judicare, » id est sententiam condemnationis ferre, « de his qui foris sunt ? » id est de infidelibus, qui sunt omnino extra Ecclesiam. Prælati enim Ecclesiarum accipiunt spirituale potestatem super eos tantum qui se fidei subdiderunt, secundum illud (2 Cor., x, v. 6) : « In promptu habentes ulcisci omnem ino-

de châtier toute la désobéissance, après que vous aurez satisfait vous-mêmes à ce que demande de vous l'obéissance. » Cependant les chefs des Eglises ont indirectement puissance sur ceux qui sont dehors, en tant qu'ils défendent aux fidèles de communiquer avec eux, à cause de leur prévarication. — 2^o L'Apôtre emploie une comparaison, en disant (v. 12) : « Ne sont-ce pas ceux qui sont dans l'Eglise que vous avez droit de juger ? » comme s'il disait : l'autorité avec laquelle vous jugez est la même que la mienne ; si donc vous ne jugez vous-mêmes que les vôtres, ainsi en est-il de moi, car il est dit (*Ecclé.*, x, v. 1) : « Le juge sage jugera son peuple. » — 3^o Il répond tacitement à une difficulté. Il pourrait sembler que les infidèles seraient dans une condition meilleure, eux qui ne seraient point condamnés pour les péchés dont il a été parlé. Mais S. Paul repousse cette interprétation en disant : « Je ne m'arroe donc point de juger ceux qui sont dehors ; car ceux qui sont tels, » c'est-à-dire les infidèles, « Dieu les jugera, » à savoir d'un jugement de condamnation et non de discussion, parce que, comme dit S. Grégoire dans ses *Morales*, les infidèles seront condamnés sans jugement de discussion et d'examen. C'est pour cela qu'il est dit (*S. Jean*, III, v. 18) : « Celui qui ne croit pas est déjà jugé, » c'est-à-dire il a en lui une cause manifeste de condamnation. Le péché d'infidélité, à raison de sa gravité, est réservé au jugement de Dieu, selon cette parole (*Hébr.*, x, v. 31) : « Il est terrible de tomber entre les mains du Dieu vivant. »

III. Lorsqu'enfin il ajoute (v. 13) : « Mais retranchez le méchant, » S. Paul déduit la conclusion qu'il avait principalement en vue, en disant : Dès lors que ce que j'ai dit : ne vous mêlez point aux fornicateurs, doit être entendu des fidèles et non de ceux qui sont

bedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. » Indirecte tamen prælati Ecclesiarum habent potestatem super eos qui foris sunt, in quantum propter eorum culpam prohibent fideles ne illis communicent. — 2^o Secundo, adhibet similitudinem, dicens : « Nonne de his qui intus sunt vos judicatis ? » quasi dicat, eadem auctoritate vos judicatis, qua et ego. Unde nec vos non judicatis nisi de vestris, ita et ego. Dicitur (*Ecclé.*, x, v. 1) : « Judex sapiens judicabit populum suum. » — 3^o Tertio, respondet tacite dubitationi. Posset enim videri quod infideles essent meliores, qui propter peccata prædicta non condemnantur, sed hos excludit, dicens : « Ideo nihil mihi de his qui foris sunt ju-

dicare, « nam eos qui foris sunt, » id est infideles, « judicabit Deus, » sc. judicio condemnationis, non examinationis, quia, ut Gregorius dicit (*in Moralibus*) : Infideles damnabuntur sine judicio discussionis et examinationis ; et quantum ad hoc dicitur (*Joan.*, III, v. 18) : « Qui non credit, jam judicatus est, » id est manifestam in se habet causam condemnationis, et hoc gravius reservatur Dei judicio, secundum illud (*Hébr.*, x, v. 31) : « Horrendum est incidere in manus Dei viventis. »

III. *Deinde*, cum dicit : « Auferte malum, etc., » infert conclusionem principaliter intentam, dicens : Ex quo hoc quod dixi : non commisceamini fornicariis, intelligendum est de fidelibus, non

hors l'Eglise (v. 13): « Retranchez donc le méchant, » c'est-à-dire le pécheur du milieu de vous; en d'autres termes, rejetez-le de votre société, selon cette parole du Deutéronome (XIII, v. 5): « Vous ôterez le mal du milieu de vous. » Il faut donc conclure des paroles de S. Paul qu'il ne nous est point interdit de communiquer avec les infidèles qui n'ont point encore, pour leur châtement, reçu la foi; cependant quelques personnes faibles doivent s'en garder pour leur propre sûreté, de peur que ces personnes faibles ne se laissent séduire. Quant à ceux qui sont fermes dans la foi, ils peuvent licitement communiquer avec eux et s'occuper de leur conversion, comme il est dit plus loin (x, v. 27): « Si un infidèle vous invite à manger chez lui, et que vous vouliez répondre à cette invitation, mangez de tout ce qui sera servi. » Pour les infidèles qui ont été autrefois fidèles, ou qui ont reçu le sacrement de la foi, tels que les hérétiques et les apostats, on leur interdit entièrement la communion des fidèles, et cela comme châtement, ainsi qu'on le fait à l'égard des autres pécheurs, qui sont encore sous la puissance de l'Eglise ¹.

¹ Corollaires sur le chapitre V :

S'humilier et faire pénitence non-seulement pour nos propres péchés, mais aussi pour les péchés des autres, surtout si ces péchés sont publics et scandaleux. On doit alors les pleurer par des larmes publiques, et chacun doit travailler à les détruire, comme on s'efforce d'étouffer une maladie contagieuse qui menace une population.

N'oublier pas que la vie du chrétien étant une pâque continuelle, cette vie, pour tous, doit être pure, sainte, exempte de péché. Le véritable Agneau, immolé une fois, l'est pour toujours. De même nous devons toujours être saints!

(Picquigny, *passim*.)

de his qui foris sunt, « Ergo auferte malum, » sc. hominem, « ex vobis ipsis, » id est de vestra societate ejicite, secundum illud (Deut., XIII, v. 5): « Auferes malum de medio tui. » Est ergo considerandum ex præmissis Apostoli verbis, quod non prohibemur communicare infidelibus, qui nunquam fidem receperunt propter eorum poenam. Est tamen hoc cavendum aliquibus, sc. infirmis propter eorum cautelam, ne seducantur. Illi vero qui sunt firmi in fide, possunt eis licite

communicare, et dare operam conversioni eorum, ut dicitur (*infra*, x, v. 27): « Si quis infidelium vocat vos ad cenam, et vultis ire, omne quod appositum fuerit manducate. » Infidelibus autem qui aliquando fideles fuerunt, vel sacramentum fidei receperunt, sicut hæreticis et apostatantibus a fide subtrahitur omnino communio fidelium, et hoc in eorum poenam, sicut et cæteris peccatoribus, qui adhuc subduntur potestati Ecclesiæ.

CHAPITRE VI.

LEÇON PREMIÈRE (ch. VI, w. 1 à 6).

SOMMAIRE. — L'Apôtre reproche aux Corinthiens de s'être soumis à la juridiction des païens et d'avoir délaissé les tribunaux des fidèles, tandis que les fidèles jugeront les anges eux-mêmes.

1. Comment se trouve-t-il quelqu'un parmi vous qui, ayant un différend avec son frère, ose l'appeler en jugement devant les méchants et non pas devant les saints?

2. Ne savez-vous pas que les saints doivent un jour juger le monde? Que si vous devez juger le monde, êtes-vous indignes de juger des moindres choses?

3. Ne savez-vous pas que nous serons les juges des anges mêmes? Combien plus le devons-nous être de ce qui ne regarde que la vie présente!

4. Si donc vous avez des différends touchant les choses de cette vie, prenez pour juges les moindres personnes de l'Eglise.

5. Je vous le dis pour vous faire confusion. Est-il possible qu'il ne se trouve pas parmi vous un seul homme sage qui puisse être juge entre ses frères?

6. Mais on voit un frère plaider contre son frère, et cela devant des infidèles!

S. Paul avait, dans le chapitre précédent, repris les Corinthiens de leur négligence à réprimer le mal; il reprend en eux ici quelques autres manquements relativement aux jugements. Et d'abord, quant

CAPUT VI.

LECTIO PRIMA.

Redarguit infidelium judicium, cui sese Corinthii subjecerant, fidelium tribunalia relinquentes, qui fideles, etiam angelos sunt judicaturi.

1. Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum judicari apud iniquos, et non apud sanctos?
2. An nescitis quoniam sancti de hoc mundo judicabunt? Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis judicetis?

T. II.

3. Nescitis quoniam angelos judicabimus, quanto magis sæcularia?
4. Sæcularia igitur judicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum.
5. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum?
6. Sed frater cum fratre judicio contendit, et hoc apud infideles!

Supra Apostolus reprehenderat Corinthios de negligentia judicii; hic reprehendit in eis quædam alia peccata circa judicia. Et primo, quantum ad

aux juges devant lesquels ils contestaient, ensuite quant aux jugements eux-mêmes, à ces mots (v. 7) : « Vous êtes déjà tout à fait répréhensibles. » Sur le premier de ces points : 1^o il les accuse de renverser l'ordre; 2^o il donne la raison de sa réprimande, à ces mots (v. 2) : « Ne savez-vous pas, etc.? » 3^o il indique le remède, à ces autres (v. 4) : « Si donc vous avez des procès sur les affaires de ce monde. »

1^o Il dit donc : C'est ainsi que vous négligez de juger vos frères, et cependant vous vous soumettez sans crainte aux jugements des infidèles. C'est ce qui lui fait dire (v. 4) : « Il ose, » c'est-à-dire il présume « celui d'entre vous qui a un différend, » à savoir pour des intérêts du siècle, contre un autre, « l'appeler en jugement devant les méchants, » c'est-à-dire au tribunal des infidèles, « et non pas devant les saints, » en d'autres termes devant les fidèles, qui sont sanctifiés par les sacrements de la foi. C'est là un désordre à différents points de vue : d'abord, parce que c'est déroger à l'autorité des fidèles; ensuite, parce que c'est déroger à leur dignité de leur faire subir le jugement des infidèles; en troisième lieu, parce que c'est donner occasion aux juges infidèles de mépriser les disciples de Jésus-Christ en les voyant en discussion; enfin parce que c'est aussi leur donner occasion de calomnier et d'opprimer les fidèles, qu'ils ont en haine à cause de la foi et de la diversité des cultes. Voilà pourquoi il est dit (*Deut.*, I, v. 15) : « J'ai pris dans vos tribus des hommes sages et nobles, et je les ai établis juges, et je leur ai commandé, en disant : Ecoutez ceux-ci, et jugez selon la justice; » et au même livre (*xvii*, v. 15) : « Vous ne pourrez recevoir d'une autre nation un roi qui ne soit votre frère. »

judices eorum coram quibus litigabant; secundo, quantum ad ipsa judicia, ibi : « Jam quidem omnino. » Circa primum tria facit : primo, arguit eos de inordinatione; secundo, rationem reprehensionis assignat, ibi : « An nescitis? » tertio, remedium a. hibet, ibi : « Sæcularia igitur judicia. »

1^o Dicit ergo PRIMO : Ita negligitis in judicando vestros, sed tamen præsumptuosi estis subire infidelium judicia, et hoc est quod dicit : « Audet, » id est præsumit, « aliquis vestrum habens negotium, » sc. sæculare adversus alium, « judicari apud iniquos, » id est subire judicium infidelium, « et non apud sanctos, » id est apud fideles, qui sunt sacramentis fidei sanctificati. Hoc enim

est inordinatum multipliciter : primo quidem, quia per hoc derogatur auctoritati fidelium; secundo, quia derogatur dignitati fidelium quantum ad hoc quod infidelium judicia subeunt; tertio, quia per hoc datur occasio infidelibus judicibus contemnendi fideles, quos dissentire vident; quarto, quia per hoc datur occasio infidelibus judicibus calumniandi et opprimendi fideles, quos odio habent propter fidem et ritus diversitatem. Et ideo dicitur (*Deut.*, I, v. 15) : « Tuli de tribubus vestris viros sapientes et nobiles, præcepique eis, dicens : Audite illos, et quod justum est, judicate; » (*Deut.*, xvii, v. 15) : « Non poteris alterius gentis facere regem, qui non sit frater tuus. »

Mais ceci paraît contredit par ce qu'on lit (1^{re} *S. Pierre*, II, v. 13) : « Soyez soumis, pour l'amour de Dieu, à toute sorte de personnes, soit au prince comme au souverain, soit aux officiers envoyés par lui; » car il appartient à l'autorité du prince de juger ses sujets. C'est donc aller contre le droit divin que de défendre l'appel au juge parce qu'il est infidèle.

Il faut répondre que l'Apôtre ne défend pas aux fidèles soumis à des princes infidèles de comparaître à leur tribunal, s'ils y sont appelés; car ce serait manquer à la soumission due au prince; mais il défend que les fidèles choisissent volontairement pour juges des infidèles.

2^o Lorsqu'il dit (v. 2) : « Ne savez-vous pas, etc.? » S. Paul oppose à la conduite des Corinthiens une raison tirée de ce qu'ils dérogeaient à l'autorité des saints : I. quant à l'autorité qu'ils ont sur les choses de ce monde; II. quant à celle qu'ils ont sur les choses surnaturelles, c'est-à-dire sur les anges, à ces mots (v. 3) : « Ne savez-vous pas que nous serons juges des anges? »

I. Il dit donc : C'est un désordre que le jugement par les infidèles, car les fidèles ont l'autorité nécessaire pour juger (v. 2) : « Ne savez-vous pas que les saints doivent un jour juger ce monde? » c'est-à-dire les mondains qui l'habitent. Ceci s'accomplit de trois manières : 1^o par comparaison, en tant que non-seulement les bons jugeront les méchants, et les saints les hommes du monde, mais encore en tant que les meilleurs jugeront les bons, et les méchants ceux qui sont pires, selon cette parole (*S. Matth.*, XII, v. 4) : « Les hommes

Sed videtur esse contra id quod dicitur (1^{re} *Pet.*, II, v. 13) : « Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive regi tanquam præcellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis; » pertinet enim ad auctoritatem principis judicare de subditis. Est ergo contra jus divinum prohibere quod ejus judicio non stetur, si sit infidelis.

Sed dicendum quod Apostolus non prohibet, quin fideles sub infidelibus principibus constituti, eorum judicio compareant si vocentur, hoc enim esset contra subjectionem, quæ debetur principibus; sed prohibet, quod fideles non eligant voluntarie infidelium judicium.

2^o DEINDE, cum dicit : « An nescitis, etc.? » assignat rationem contra id, quod illi faciebant, sumptam ex hoc

quod derogabant auctoritati sanctorum : et primo, quantum ad auctoritatem quam habent super res mundanas; secundo, quantum ad auctoritatem quam habent ad res supermundanas, id est super angelos, ibi : « An nescitis quoniam angelos judicabimus? »

I. Dicit ergo PRIMO : Inordinatum est judicium apud infideles quia fideles habent auctoritatem judicandi : « An nescitis quia sancti de hoc mundo judicabunt? » id est de hominibus mundanis hujus mundi. Quod quidem impletur tripliciter : 1^o primo quidem, secundum comparisonem, sc. secundum quod non solum boni judicabunt malos et sancti mundanos, sed etiam secundum quod boni judicabunt a melioribus, et mali judicabunt pejores, secundum illud (*Matth.*, XII, v. 4) : « Viri

de Ninive se lèveront au jour du jugement contre cette génération, et la condamneront. » — 2^o Les fidèles jugeront en approuvant la sentence du juge, c'est-à-dire de Jésus-Christ. Ce sera particulièrement l'office des justes, selon cette parole du Psalmiste (LVII, v. 11) : « Le juste se réjouira au jour de la vengeance. » C'est ainsi qu'on lit encore (*Sag.*, III, v. 8) : « Les saints jugeront les nations. » — 3^o En portant la sentence. Ce sera la gloire des apôtres et de ceux qui, à leur exemple, ont méprisé ce que donne le monde pour n'attacher leurs cœurs qu'aux biens spirituels (ci-dessus, II, v. 15) : « Car celui qui est spirituel juge de tout. » Voilà pourquoi on lit encore (*S. Matth.*, XIX, v. 18) : « Vous qui m'avez suivi, vous serez assis sur des trônes, jugeant les douze tribus d'Israël ; » et (*Ps.*, CXLIX, v. 6) : « Ils ont des glaives à deux tranchants pour exercer la vengeance. » Toutefois, il faut se figurer que cette sentence n'est pas proférée de vive voix, mais spirituellement, en tant que les saints d'une sainteté supérieure refléteront sur les saints d'une sainteté inférieure, et même sur les pécheurs, une sorte de lumière dans laquelle ces derniers verront quelles peines ou quelles récompenses ils méritent : de même que, pendant cette vie, les hommes sont éclairés par les anges, et les anges inférieurs par des anges d'une hiérarchie supérieure. En second lieu, l'Apôtre, de ce qui précède, argumente pour établir sa proposition, en disant (v. 2) : « Et si en vous, » c'est-à-dire par vous, « le monde, » ou les mondains, « est jugé, êtes-vous indignes de juger ce qui est moindre ? » c'est-à-dire les choses du siècle (*S. Luc.*, XVI, v. 10) : « Celui qui est injuste dans les petites choses l'est aussi dans les grandes. »

II. En ajoutant (v. 3) : « Ne savez-vous pas, etc. ? » S. Paul argu-

Ninivæ surgent in iudicio cum generatione ista, et condemnabunt eam. » — 2^o Secundo iudicabunt approbando sententiam iudicis, sc. Christi; et hoc erit proprie iustorum, secundum illud (*Ps.*, LVII, v. 11) : « Lætabitur iustus cum viderit vindictam. » Unde (*Sap.*, III, v. 8) dicitur : « Iudicabunt sancti nationes. » — 3^o Tertio modo, per sententiæ prolationem. Et hoc erit Apostolorum et similium, qui contemptis rebus mundi, solis spiritualibus inhæserunt : « Spiritualis enim iudicat omnia, » ut dictum est (*supra*, II, v. 15). Unde et (*Matth.*, XIX, v. 18) dicitur : « Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel ; » et (*in Ps.*, CXLIX, v. 6) dicitur : « Gladii accipites in manibus eorum, ad faciendam

vindictam in nationibus. » Intelligitur autem ista prolatio sententiæ non vocalis sed spiritualis, in quantum per superiores sanctos inferiores, vel etiam peccatores spirituali quadam illuminatione illuminabuntur, quales pœnæ et qualia præmia eis debeantur : sicut etiam nunc homines illuminantur ab angelis, vel etiam inferiores angeli a superioribus. Secundo, ex hoc quod dictum est, argumentatur ad propositum, dicens : « Et si in vobis, » id est per vos, « iudicabitur mundus, » id est mundani homines, « numquid indigni estis, qui iudicetis de minimis ? » sc. de negotiis sæcularibus (*Luc.*, XVI, v. 10) : « Qui in modico iniquus est, et in maiori iniquus erit. »

II. Deinde, cum dicit : « Nescitis,

mente de la même manière de l'autorité des saints sur les anges. — 1^o Il rappelle cette autorité, en disant (v. 3) : « Ne savez-vous pas que nous, » c'est-à-dire les fidèles de Jésus-Christ, « nous serons juges des anges ? » Ces paroles peuvent s'entendre des mauvais anges, qui seront condamnés par les saints, dont la vertu les a vaincus. C'est pourquoi le Sauveur a dit (*S. Luc.*, X, v. 19) : « Voilà que je vous ai donné puissance de marcher sur les serpents et sur toute la force de l'ennemi ; » et (*Ps.*, xc, v. 13) : « Vous marcherez sur l'aspic et le basilic. » On peut également l'entendre des bons anges, dont plusieurs, en quelques points, seront reconnus comme inférieurs à S. Paul et à ceux qui lui ressemblent. Aussi l'Apôtre dit-il à dessein, non pas « vous jugerez, » mais « nous jugerons, » bien qu'on puisse dire aussi que si les saints jugent les hommes bons ou méchants, les bons anges seront aussi jugés, parce que leur récompense accidentelle recevra un accroissement en rapport avec la récompense des saints qu'ils auront éclairés ; de même pour les mauvais anges, dont le châtimement recevra une augmentation en rapport avec le châtimement des hommes qu'ils auront séduits. — 2^o L'Apôtre argumente ensuite en faveur de sa proposition, en disant (v. 3) : « Combien plus serons-nous juges des choses du siècle ! » c'est-à-dire de ses jugements. Car celui qui est apte aux grandes choses l'est bien davantage pour ce qui est moindre ; aussi est-il rapporté (*S. Matth.*, XXV, v. 28) que le Maître, après la reddition des comptes, confia le talent du serviteur pauvre à celui qui en avait déjà reçu dix.

III^o Lorsque l'Apôtre dit (v. 4) : « Si donc vous avez des procès sur les affaires du siècle, » il indique le remède de la faute des

etc. ? » argumentatur ad idem, ex auctoritate sanctorum super angelos. — 1^o Et primo, ponit eam, dicens : « An nescitis quoniam nos, » sc. fideles Christi, « iudicabimus angelos ? » Quod quidem potest intelligi de malis angelis, qui condemnabuntur a sanctis, quorum virtute sunt victi. Unde (*Luc.*, X, v. 19.) Dominus dicit : « Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, et super omnem virtutem inimici ; » et (*in Ps.*, xc, v. 13) : « Super aspidem et basiliscum ambulabis. » Potest etiam hoc intelligi de bonis angelis, quorum plurimi in comparatione quadam invenientur Paulo et similibus sibi inferiores. Unde signanter non dicit « iudicabitis, » sed « iudicabimus. »

Quamvis enim dici possit quod ex consequenti, si sancti iudicabunt homines bonos et malos, erit iudicium de bonis angelis, quorum accidentale præmium augetur ex præmio sanctorum per angelos illuminatorum, et etiam de malis angelis, quorum pœna augetur ex pœna hominum per eos seductorum. — 2^o Secundo, argumentatur ad propositum, dicens : « Quanto magis sæcularia ! » sc. iudicia idonei erimus iudicare : qui enim est idoneus ad maiora, multo magis est idoneus ad minora. Unde et Dominus, cui commiserat quinque talenta, postmodum commisit unum, ut habetur (*Matth.*, XXV, v. 28).

III^o DEINDE, cum dicit : « Sæcularia igitur iudicia, » adhibet remedium con-

Corinthiens. — I. Il indique ce remède; II. il l'explique, à ces mots (v. 5) : « Je le dis à votre confusion. »

I. Il dit donc : Puisque les saints jugeront le monde, « si vous avez » entre vous « des procès pour les choses du monde, » procès que vous ne devriez même pas avoir, plutôt que d'être jugés devant les infidèles, « choisissez pour juges ceux qui tiennent le dernier rang dans l'Eglise. » C'est pour cela qu'il est écrit (*Ps.*, cXL, v. 5) : « Que le juste, dans sa miséricorde, me reprenne et me corrige ; mais que l'huile du pécheur ne soit pas répandue sur ma tête ; » et (*Ecclé.*, ix, v. 4) : « Mieux vaut un chien vivant qu'un lion mort ¹. »

II. En ajoutant (v. 5) : « Je le dis à votre confusion, » l'Apôtre explique dans quel sens il vient de parler. On aurait pu croire, en effet, qu'à la lettre on devait choisir ceux qui étaient au dernier rang pour les constituer juges ; mais S. Paul repousse cette interprétation, en disant (v. 5) : « Je le dis à votre confusion ; » comme s'il disait : Je n'ai point parlé de cette manière pour que vous agissiez ainsi, mais pour vous faire rougir, c'est-à-dire pour vous inspirer cette confusion « qui produit la grâce et la gloire » (*Ecclé.*, iv, v. 25) ; car il faudrait choisir pour juges, dans l'Eglise, ceux qui sont au dernier rang, si l'on ne pouvait trouver parmi vous des sages, ce qui serait pour vous un sujet de confusion. Il ajoute donc (v. 5) : « Est-il possible qu'il ne se trouve pas parmi vous un seul homme sage qui puisse juger entre le frère et le frère ? Mais on voit un frère plaider contre son frère, et cela devant des infidèles ! » Or, plutôt que

¹ Adage populaire qui semble dire qu'un pauvre, un ignorant, un homme de basse naissance, vivant, vaut mieux qu'un riche, un savant, un homme illustre pendant sa vie, mais qui n'est plus. — (Menochius.)

tra culpam eorum. Et primo, ponit remedium; secundo, exponit, ibi : « Ad verecundiam vestram dico. »

I. Dicit ergo primo : Ergo ex quo sancti de hoc mundo judicabunt, « si habueritis » inter vos « sæcularia judicia, » quæ tamen habere non debetis, « illos qui sunt contemptibiles in Ecclesia constituite ad judicandum, » potius sc. quam judicemini apud infideles. Unde et (in *Ps.*, cXL, v. 5) dicitur : « Corripiet me justus in misericordia, et increpabit me ; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum ; » et (*Ecclé.*, ix, v. 4) dicitur : « Melius est canis vivus leone mortuo. »

II. Deinde, cum dicit : « Ad verecun-

diam vestram dico, » exponit quo sensu prædicta dixit. Posset enim aliquis credere quod ad litteram essent eligendi contemptibiliores ad judicandum, sed hoc excludit, dicens : « Ad verecundiam vestram dico ; » quasi dicat : Non hoc dixi ut ita fiat, sed ut vos faciam verecundari, illa sc. confusione, « quæ adducit gratiam et gloriam, » ut dicitur (*Ecclé.*, iv, v. 25). Contemptibiles enim in Ecclesia essent eligendi ad judicandum, si non invenirentur inter vos sapientes, quod esset vobis verecundum. Unde subdit : « Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem et fratrem ? Sed frater cum fratre in judicio contendit, et hoc apud infideles ! »

d'agir ainsi, vous auriez dû choisir même les derniers de l'Eglise pour juger et suppléer les sages qui vous manquent ; mais vous n'en êtes pas réduits là, d'après ce qui précède (ci-dessus, I, v. 5) : « Vous avez été comblés de richesses en Jésus-Christ par sa parole et par sa science. » On peut encore donner un autre sens, à partir de ces mots (v. 4) : « Si donc vous avez des procès sur les affaires de ce monde, etc. ; » car l'Apôtre avait dit que les saints devaient être juges des choses du monde, et pour cette raison il veut faire voir par qui doivent être portés les jugements sur les affaires du monde, à savoir par ceux qui tiennent le dernier rang dans l'Eglise. Or il qualifie ainsi ceux qui sont sages dans les affaires du monde, en les comparant à ceux qui sont sages dans les choses divines, et auxquels on doit donner cette marque de respect, de ne les point occuper des choses temporelles, afin qu'ils ne vaquent qu'aux choses spirituelles. C'est pour cela qu'il ajoute (v. 5) : « Je le dis à votre confusion, » ou, selon une autre version, « pour le respect que je vous porte. » C'est pour une raison analogue que les apôtres disent (*Act.*, vi, v. 2) : « Il n'est pas juste que nous abandonnions la parole de Dieu pour le service des tables. » Enfin il revient à ce qu'il avait repris plus haut, à savoir que les Corinthiens plaidaient devant des juges infidèles, en disant : « Ainsi on ne trouve pas parmi vous un seul homme sage, » à savoir dans les choses de ce monde : c'est celui qu'il appelait tout à l'heure le moindre. Le reste ne diffère point de la première explication, qui paraît toutefois plus conforme à la lettre.

Potius autem quam hoc faceretis, deberetis constituere contemptibiles qui sunt in Ecclesia, ad judicandum et supplendum defectum sapientium, qui tamen non est apud vos, secundum illud quod (*supra*, I, v. 5) dixerat : « Divites facti estis in illo, in omni scientia. » Vel aliter ab illo loco, « Sæcularia, etc. ; » dixerat enim quod sancti idonei sunt ad judicandum sæcularia, et ideo vult ostendere per quos judicia sæcularia debeant exerceri, sc. per contemptibiles qui sunt in Ecclesia ; vocat autem contemptibiles illos qui sunt sapientes in rebus mundanis, per comparisonem ad illos qui sunt sapientes in rebus divinis, quibus est reverentia exhiben-

da, qui in rebus temporalibus non occupantur, ut solis spiritualibus vacent ; et hoc est quod subditur : « Ad verecundiam vestram dico, » secundum aliam litteram : « ad reverentiam vestram. » Unde et apostoli dixerunt (*Act.*, vi, v. 2) : « Non est æquum relinquere nos verbum Dei, et ministrare mensis. » Postmodum autem redit ad id quod supra reprehenderat, sc. quod Corinthii sub infidelibus iudicibus litigabant, dicens : « Sic non est inter vos sapiens quisquam, » sc. in rebus temporalibus, quem supra contemptibilem dixit. Unde alia non mutantur a prima expositione, quæ tamen videtur esse magis litteralis.

LEÇON II^e (ch. VI, w. 7 à 13).

SOMMAIRE. — L'Apôtre réprimande les Corinthiens de ce qu'ils ont des procès entre eux; ils les exhorte à souffrir plutôt l'injure, et conclut que tout ce qui est permis n'est pas toujours avantageux.

7. C'est déjà certainement un péché parmi vous que d'avoir des procès les uns contre les autres. Pourquoi ne souffrez-vous pas plutôt les injustices? Pourquoi ne souffrez-vous pas plutôt qu'on vous trompe?

8. Mais c'est vous-mêmes qui faites le tort, c'est vous qui trompez, et cela à l'égard de vos propres frères!

9. Ne savez-vous pas que les injustes ne seront point héritiers du royaume de Dieu? Ne vous y trompez pas: ni les fornicateurs, ni les idolâtres, ni les adultères,

10. Ni les impudiques, ni les abominables, ni les voleurs, ni les avares, ni les ivrognes, ni les médisants, ni les ravisseurs ne seront héritiers du royaume de Dieu.

11. Voilà ce que vous avez été; mais vous avez été lavés, mais vous avez été sanctifiés, mais vous avez été justifiés au nom de Notre-Seigneur Jésus-Christ et dans l'Esprit de notre Dieu.

12. Tout m'est permis, mais tout n'est pas avantageux; tout m'est permis, mais je ne me rendrai l'esclave de quoi que ce soit.

13. La nourriture est pour l'estomac, et l'estomac pour la nourriture; mais un jour Dieu détruira l'un et l'autre...

Après avoir repris les Corinthiens de ce qu'ils avaient des procès devant les juges du siècle, S. Paul les réprimande ici à l'occasion des jugements mêmes. A cet effet, I^o il expose en quoi ils manquaient par rapport à ces jugements; II^o il développe ce reproche, à ces

mots (v. 9): « Ne savez-vous pas que les injustes ne seront point héritiers, etc.? »

I^o A l'égard des jugements, il reprend: I. ce qui est licite, mais non avantageux dans ces jugements; II. ce qui est entièrement illícite, à ces mots (v. 8): « Mais c'est vous qui faites le tort, etc. »

I. Sur le premier de ces points: 1^o Il expose le blâme; 2^o il prévient l'excuse, à ces mots (v. 7): « Pourquoi ne souffrez-vous pas plutôt, etc.? » — 1^o Il dit donc: On m'a dit que le frère a un procès avec le frère, ce qui est mal, non-seulement en ce que vous plaidez devant les infidèles, mais, de plus, en ce que vous le faites après votre conversion. « D'abord vous êtes déjà répréhensibles, » c'est-à-dire un sujet de reproche qu'on peut vous faire, est « d'avoir des procès entre vous, » tandis que la paix devrait régner parmi vous, car (2^e Tim., II, v. 24): « Il ne faut pas que le serviteur du Seigneur intente des procès, mais il doit être modéré à l'égard de tous. »

On conclut de ce passage, comme le remarque S. Augustin (*De Serm. Dom. in monte*), suivant la Glose, qu'il y a péché à avoir un procès avec quelqu'un. Mais cela ne paraît point conforme à la vérité; car si c'est un péché de recourir à un tribunal, on peut dire qu'il y a également péché à constituer des juges, puisque c'est donner occasion d'y recourir¹. On lit cependant au Deutéronome (I, v. 16): « Ecoutez-les, et jugez suivant la justice; » et à la suite (v. 17):

¹ « Prohibuit itaque (Dominus) suos de sæcularibus rebus cum aliis hominibus habere iudicium; ex qua doctrina Apostolus dicit esse delictum. Tamen cum sinit in Ecclesia talia iudicia finire inter fratres, fratribus iudicantibus, extra Ecclesiam vero terribiliter vetat, manifestum est etiam hic quid secundum veniam concedatur infirmis. » — (S. Augustinus, *Enchirid.*, cap. LXXXVIII; — Migne, *Patrolog.*, XL, p. 270.)

LECTIO II.

Reprehendit Corinthios eo quod inter se litigabant, hortaturque ut magis injuriam patiantur; demum concludens, non omnia expedire, etsi omnia liceant.

1. Circa primum considerandum est quod natura, quæ cæteris animalibus providit auxilia sufficientia vitæ, hominibus præbuit ea imperfecta, ut per rationem, arte, usu, manu sibi ea perficerent, sicut tauris dedit cornua ad defensionem: homines autem arma defensionis sibi præparant manuali artificio rationis; et inde est quod ars imitatur naturam et perficit ea quæ natura facere non potest. Sic igitur ad tegumentum capitis natura homini dedit capillos; sed, quia hoc tegumentum insufficiens est, per artem præparat homo sibi aliud velamen. Eadem igitur

ratio est de velamine naturali capillorum et de velamine artificiali. Naturale autem est mulieri quod comam nutriat; habet enim ad hoc dispositionem naturalem, et ulterius inclinatio quædam inest mulieribus ad comam nutriendam. In pluribus enim hoc accidit, quod mulieres magis student ad nutriendam comam, quam viri. Videtur ergo conditioni mulierum conveniens esse, quod magis utantur artificiali velamine capitis, quam viri. Circa hoc ergo tria facit. — 1^o Primo, ponit convenientiam velaminis naturalis et artificialis, dicens: Dictum est: « Mulier non velans caput, deturpat caput suum; unum est enim, » sc. unus rationis, privari sc. velamine artificiali, « ac si decalvetur, » id est ac si privetur natu-

sa chevelure, ce qui quelquefois est donné pour un châtement (*Isaïe*, III, v. 17): « Le Seigneur découvrira leurs fronts superbes, et les dépouillera de leur chevelure. » — 2^o L'Apôtre pousse à une conséquence inadmissible, en disant (v. 6): « Si une femme ne se voile point, qu'elle ait les cheveux coupés; » en d'autres termes, si elle rejette le voile artificiel, qu'elle rejette aussi, par une raison semblable, le voile naturel; ce qui serait une inconvenance.

Ceci parait contredit par la pratique des religieuses qui déposent leur chevelure.

On peut donner une double réponse: d'abord, par cela même qu'elles font vœu de garder ou l'état de viduité ou la virginité, en prenant Jésus-Christ pour époux, les religieuses sont élevées à la dignité de l'homme, puisqu'elles sont dès lors délivrées de la dépendance de l'homme et unies immédiatement à Jésus-Christ. D'ailleurs, en entrant en religion, elles se revêtent de l'habit de pénitence; or c'est une coutume chez les hommes de laisser croître leurs cheveux aux jours de deuil, comme quelque chose de convenable à leur situation; les femmes, au contraire, dans les temps d'affliction, se dépouillent de leur chevelure. C'est ainsi qu'il est dit au prophète Jérémie (VII, v. 29): « Rasez vos cheveux et jetez-les; faites entendre des lamentations. »

3^o L'Apôtre déduit en conclusion ce qu'il se propose, en disant (v. 6): « Mais, s'il est honteux à une femme d'avoir les cheveux coupés, » ou d'être rasée, c'est-à-dire si cela est indécent pour elle d'être privée du voile naturel par l'art ou par la nature, « qu'elle se voile la tête, » c'est-à-dire qu'elle se serve d'un voile artificiel.

rali velamine capillorum, quod in pœnam quibusdam prædicitur (*Is.*, III, v. 17): « Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, et crinem earum nudabit. » — 2^o Secundo, ducit ad inconveniens, dicens: « Nam etsi non velatur mulier, tondeatur; » quasi dicat: si abjicit velamen artificiale, abjiciat par ratione etiam naturale, quod est inconveniens.

Sed contra hoc videtur esse, quod sanctimoniales tondentur.

Ad quod dupliciter potest responderi: primo quidem, quia ex hoc ipso quod votum viduitatis vel virginitatis assumunt, Christo desponsante, promovetur in dignitatem virilem, utpote

liberatæ a subjectione virorum, et immediate Christo conjunctæ; secundo, quia assumunt pœnitentiæ lamentum, religionem intrantes. Est autem consuetudo viris quod tempore luctus comam nutriant, quasi hoc sit suæ conditioni conveniens: mulieres autem e contrario tempore luctus comam deponunt. Unde dicitur (*Jer.*, VII, v. 29): « Capillum tuum tonde et projice, et sume indirectum planctum. »

3^o Tertio, concludit propositum dicens: « Si vero turpe, » id est indecens, « est mulieri tonderi aut decalvari, » id est privari naturali velamine arte vel natura, « velet caput suum, » utens sc. velamine artificiali.

II. A ces paroles (v. 7) : « Pour l'homme, il ne doit point se couvrir la tête, etc., » il expose la seconde preuve, tirée d'une comparaison avec Dieu. D'abord il fait une induction ; ensuite il prouve ce qu'il avait supposé (v. 8) : « Car l'homme n'a point été tiré de la femme, etc. » Pour son induction, il prend une raison 1^{re} du côté de l'homme ; 2^o du côté de la femme (v. 7) : « Au lieu que la femme est la gloire de l'homme, etc. »

1^o Il dit donc d'abord ; Il a été dit qu'il est honteux pour la femme d'avoir la tête rasée, comme il l'est aussi de ne pas avoir la tête voilée ; mais pour l'homme ce n'est point honteux, et en voici la raison (v. 7) : « Pour l'homme, il ne doit point se couvrir la tête, parce qu'il est l'image et la gloire de Dieu. » Par ce mot de S. Paul : « Il est l'image de Dieu, » se trouve rejetée l'erreur de quelques auteurs qui prétendent que l'homme est seulement à l'image de Dieu et n'est point son image, contrairement à ce que dit l'Apôtre en termes formels. Ces auteurs prétendaient que le Fils seul est l'image de Dieu, selon ce passage (*Colos.*, I, v. 15) : « Qui est l'image du Dieu invisible. » Il faut donc dire que l'homme est appelé l'image de Dieu, et qu'il est aussi à son image. En effet, il est l'image imparfaite de Dieu ; mais le Fils est son image et non à son image, parce qu'il en est l'image parfaite. Pour plus grande évidence, il faut remarquer qu'il est de la nature de l'image en général de porter deux caractères : premièrement la ressemblance, non pas en tout, mais ou dans l'espèce même de la chose, comme le fils qui est assimilé à son père, ou dans quelque rapport qui soit comme le signe de l'espèce, par exemple la figure dans les objets corporels. C'est de là que l'on dit de celui qui décrit la forme d'un cheval, qu'il en reproduit

II. *Deinde*, cum dicit : « Vir quidem, etc., » ponit secundam probationem, quæ accipitur per comparationem ad Deum. Et primo, inducit ad probationem ; secundo, probat quod supposuerat, ibi : « Non enim est vir, etc. » Circa primum duo facit : primo, ponit rationem ejus quod est ex parte viri ; secundo, illud quod est ex parte mulieris, ibi : « Mulier autem, etc. »

1^o Dicit ergo primo : Dictum est quod turpe est mulieri tonderi, sicut et non velari ; viro autem non est turpe, cujus ratio est hæc : « Vir quidem non debet velare caput suum, quia est imago et gloria Dei. » Per hoc autem quod dicit : « Est imago Dei, » excludit quorumdam error, dicentium quod homo solum

est ad imaginem Dei, non autem est imago, cujus contrarium hic Apostolus dicit. Dicebant autem quod solus Filius est imago, secundum illud (*Colos.*, I, v. 15) : « Qui est imago invisibilis Dei. » Est ergo dicendum quod homo imago Dei dicitur et ad imaginem. Est enim imago imperfecta : Filius autem dicitur imago, non ad imaginem, quia est imago perfecta. Ad cujus evidentiam considerandum est quod de ratione imaginis in communi duo sunt. Primo quidem, similitudo, non in quibuscumque, sed vel ipsa specie rei, sicut homo filius assimilatur patri suo ; vel in aliquo quod sit signum speciei, sicut figura in rebus corporalibus. Unde qui figuram equi describunt, dicuntur ima-

l'image. C'est dans ce sens que S. Hilaire (livre *des Synodes* ¹) dit que l'image est une figure indifférente. Secondement il faut l'origine : car de deux hommes, qui sont semblables quant à l'espèce, l'un ne peut être appelé l'image de l'autre s'il ne descend de lui comme le fils du père. En effet, l'image prend son nom de l'exemplaire ; de plus, il est de l'essence d'une image parfaite d'exiger l'égalité. L'homme étant donc en rapport avec Dieu quant à la mémoire, l'intelligence et la volonté de l'âme, facultés qui le constituent comme nature intellectuelle, et ayant reçu ces facultés de Dieu, on dit qu'il est son image ; mais, parce que l'égalité n'existe pas, il n'est à l'égard de Dieu qu'une image imparfaite. Voilà pourquoi il est dit : « A l'image de Dieu, » suivant cette parole du livre de la Genèse (I, v. 26) : « Faisons l'homme à notre image et à notre ressemblance ; » mais le Fils, qui est l'égal du Père, est sa parfaite image et n'est pas à son image. Il faut aussi remarquer que la gloire de Dieu peut être envisagée de deux manières : d'abord en tant que Dieu est en lui-même plein de gloire ; dans ce sens, l'homme n'est pas la gloire de Dieu, mais Dieu est plutôt la gloire de l'homme, suivant ce passage (*Ps.*, III, v. 4) : « Seigneur, vous êtes mon protecteur et ma gloire. » Ensuite on appelle gloire de Dieu la clarté qui émane de Lui, suivant cette parole de l'Exode (XL, v. 32) : « La gloire du Seigneur remplit la terre, » et c'est dans ce sens qu'il est dit ici que l'homme est la gloire de Dieu, en tant que les clartés divines resplendent immédiatement sur lui, suivant cette parole (*Ps.*, IV, v. 7) : « La lumière de votre visage est gravée sur nous, Seigneur. »

¹ « Imago est rei ad rem cœquandæ imaginata et indiscreta similitudo. » (S. Hilarius, *de Synodis, seu de Fide Orientalium*, n. 13. Edit. Bened.)

ginem ejus depingere. Et hoc est quod dicit Hilarius (in libro *de Sydonis*), quod imago est species indifferens. Secundo, requiritur origo : non enim duorum hominum, qui sunt similes specie, unus imago alterius dicitur, nisi ex eo oriatur, sicut filius a patre, nam imago dicitur ab exemplari. Tercio, ad rationem perfectæ imaginis requiritur æqualitas. Quia igitur homo similatur Deo secundum memoriam, intelligentiam et voluntatem mentis, quod pertinet ad speciem intellectualis naturæ ; et hoc habet a Deo, dicitur esse Dei imago : quia tamen deest æqualitas, est Dei imago imperfecta. Et ideo dicitur « Ad imaginem, » secundum illud (*Gen.*, I, v. 26) : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudi-

nem nostram. » Sed Filius, qui est æqualis Patri, est imago perfecta, non autem ad imaginem. Considerandum est etiam quod gloria Dei dupliciter dicitur : uno modo, qua Deus in se gloriosus est ; et sic homo non est gloria Dei, sed potius Deus est gloria hominis, secundum illud (*Ps.*, III, v. 4) : « Tu Domine, susceptor meus es et gloria mea. » Alio modo, dicitur gloria Dei claritas ejus ab eo derivata, secundum illud (*Exod.*, XL, v. 32) : « Gloria Domini implevit illud. » Et hoc modo hic dicitur quod vir est gloria Dei, in quantum claritas Dei immediate super virum refulget, secundum illud (*Ps.*, IV, v. 7) : « Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. »

2^o Lorsqu'il ajoute (v. 7) : « Au lieu que la femme est la gloire de l'homme, » S. Paul continue son induction par une raison prise du côté de la femme. C'est que son éclat dérive de l'homme, suivant cette parole de la Genèse (II, v. 23) : « Celle-ci s'appellera d'un nom pris du nom de l'homme, parce qu'elle a été tirée de l'homme. »

On objecte contre ceci que l'on regarde l'homme comme l'image de Dieu par l'esprit, et que, sous ce rapport, il n'y a pas de différence entre l'homme et la femme, comme il est dit (*Colos.*, III, v. 10); on ne doit donc pas plus dire de l'homme qu'il est l'image de Dieu qu'on ne le doit dire de la femme.

Il faut répondre que l'homme est appelé ici spécialement l'image de Dieu, à raison de certaines prérogatives extérieures, à savoir l'homme est le principe de toute son espèce, comme Dieu est le principe de l'universalité des êtres, et c'est du côté de Jésus-Christ, pendant son sommeil sur la croix, que sont sortis, avec le sang et l'eau, les sacrements dont a été formée l'Eglise. On peut encore, quant à ce qui est intérieur, dire que l'homme est plus spécialement l'image de Dieu selon l'esprit, en ce qu'en lui la raison a plus de puissance. Mais il vaut mieux reconnaître que l'Apôtre s'est exprimé d'une manière précise, car il dit de l'homme « qu'il est l'image et la gloire de Dieu ; » mais il n'a point dit de la femme qu'elle fût l'image et la gloire de l'homme : il dit seulement « qu'elle est la gloire de l'homme, » afin de donner à entendre que c'est un honneur commun à l'homme et à la femme d'être l'image de Dieu ; tandis qu'il appartient immédiatement à l'homme d'être la gloire de Dieu.

Il reste encore à expliquer pourquoi l'homme ne doit pas se voiler

2^o Deinde, cum dicit : « Mulier autem, etc., » ponit id quod est ex parte mulieris, dicens : « Mulier autem est gloria viri, etc., » quia claritas mulieris derivatur a viro, secundum illud (*Gen.*, II, v. 23) : « Hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. »

Sed contra hoc objicitur quia imago Dei attenditur in homine secundum spiritum, in quo non est differentia maris et feminæ, ut dicitur (*Colos.*, III, v. 10); non ergo magis debet dici quod vir dicitur imago Dei, quam mulier.

Dicendum est autem quod vir dicitur hic specialiter imago Dei, secundum quædam exteriora, sc. quia vir est principium totius sui generis, sicut Deus est principium totius universi, et

quia de latere Christi dormientis in cruce fluxerunt sacramenta sanguinis et aquæ, a quibus fabricata est Ecclesia. Potest etiam quantum ad interiora dici quod vir specialius dicitur imago Dei secundum mentem, in quantum in eo ratio magis viget. Sed melius dicendum quod Apostolus signanter loquitur. Nam de viro dixit quod « Vir imago et gloria Dei est ; » de muliere autem non dixit quod esset imago et gloria viri, sed solum quod « est gloria viri, » ut detur intelligi quod esse imaginem Dei, commune est viro et mulieri ; esse autem gloriam Dei immediate, proprium est viri.

Restat autem considerandum propter quid vir non debeat velare caput, sed

la tête, tandis que la femme doit se voiler. On peut l'expliquer de deux manières : d'abord en disant que le voile posé sur la tête désigne la puissance d'un autre sur cette tête, dans l'ordre de la nature. Voilà pourquoi l'homme, dépendant de Dieu, ne doit point recevoir de voile sur la tête, pour montrer qu'il est soumis immédiatement à Dieu. La femme, au contraire, doit prendre le voile, pour montrer qu'indépendamment de Dieu elle est soumise naturellement à un autre. Ainsi tombe l'objection d'esclave et de sujet, parce que, dans ces cas, la sujétion n'est pas naturelle. Ensuite S. Paul donne à entendre par là que la gloire de Dieu ne doit point être cachée mais manifestée, tandis que la gloire de l'homme doit être cachée. C'est de là qu'il est dit (*Ps.*, CXIII, v. 9) : « Ne nous donnez point la gloire, Seigneur, donnez-la à votre nom. »

mulier. Quod quidem dupliciter accipi potest : primo quidem, quia velamen quod capiti superponitur, designat potestatem alterius super caput existentis ordine naturæ : et ideo vir, sub Deo existens, non debet velamen habere super caput, ut ostendat se immediate Deo subesse ; mulier autem debet velamen habere, ut ostendat se præter Deum alteri naturaliter subesse. Unde cessat objectio de servo et subdito, quia hæc subjectio non est naturalis. Secundo, ad ostendendum quod gloria Dei non est occultanda, sed revelanda : gloria autem hominis est occultanda ; unde (in *Ps.*, CXIII, v. 9) dicitur : « Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. »

LEÇON III^e (ch. XI, w. 8 à 16).

SOMMAIRE.—La femme, étant la gloire de l'homme, doit avoir la tête couverte.

8. ...Car l'homme n'a point été tiré de la femme, mais la femme a été tirée de l'homme.

9. Et l'homme n'a pas été créé pour la femme, mais la femme pour l'homme.

10. C'est pourquoi la femme doit porter sur sa tête, à cause des anges, la marque de la puissance.

11. Toutefois ni l'homme n'est point sans la femme, ni la femme sans l'homme dans le Seigneur.

12. Car, comme la femme a été tirée de l'homme, ainsi l'homme naît de la femme : et l'un et l'autre vient de Dieu.

13. Jugez-en vous-mêmes : est-il décent à une femme de prier Dieu sans avoir un voile sur la tête ?

14. La nature même ne vous enseigne-t-elle pas qu'il serait honteux à un homme de laisser croître ses cheveux,

15. Et qu'il est, au contraire, honorable à une femme de les laisser croître, parce qu'ils lui ont été donnés comme un voile qui doit la couvrir ?

16. Que si quelqu'un aime à contester, pour nous ce n'est point là notre coutume, ni celle de l'Eglise de Dieu.

I^o L'Apôtre, ayant avancé que la femme est la gloire de l'homme, s'applique ici à le prouver. A cet effet, I. il énonce sa preuve ; II. il donne la raison de ce qu'il a dit (v. 9) : « Aussi l'homme n'a pas été créé pour la femme ; » III. il déduit la conclusion qu'il a en vue (v. 10) : « C'est pourquoi la femme doit, à cause des anges, etc. »

LECTIO III.

Cum mulier sit gloria viri, ideo velari debet.

8. ...Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro ;

9. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.

10. Ideo debet mulier velamen habere super caput suum, et propter angelos.

11. Verumtamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in Domino.

12. Nam sicut mulier de viro, ita et vir per mulierem : omnia autem ex Deo.

13. Vos ipsi iudicate : decet mulierem non velatam orare Deum ?

14. Nec ipsa natura docet vos quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi ?

15. Mulier vero si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt ?

16. Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

I^o PRÆMISERAT Apostolus quod mulier est gloria viri, quod hic probare intendit. Et circa hoc tria facit : primo ponit probationem ; secundo, assignat rationem ejus quod dixerat, ibi : « Etenim non est creatus, etc. ; » tertio, infert conclusionem intentam, ibi : « Ideo debet, etc. »

I. Sur l'énoncé de la preuve, il faut remarquer qu'ainsi qu'il a été dit plus haut, la femme est appelée la gloire de l'homme par une certaine dérivation : aussi, afin de le prouver, l'Apôtre ajoute (v. 8) : « Car, » c'est-à-dire dans la première condition des choses, « l'homme n'est point venu de la femme, » en d'autres termes n'a point été tiré d'elle ; « mais la femme a été tirée de l'homme, » car il est dit dans la Genèse (II, v. 22) : « Le Seigneur Dieu, de la côte qu'il avait enlevée à Adam, forma la femme. » Mais de l'homme il est dit (Gen., II, v. 7) : « Le Seigneur Dieu forma donc l'homme du limon de la terre, etc. »

II. A ces paroles (v. 9) : « Aussi l'homme n'a pas été créé pour la femme, etc., » S. Paul donne la raison de ce qu'il avait avancé. Pour comprendre ceci, il faut remarquer que le parfait et l'imparfait sont relativement dans un ordre tel, que, dans un seul et même sujet, le second a la priorité de temps sur le premier : ainsi on est enfant avant d'être homme. Cependant, pris d'une manière absolue, le parfait, quant au temps et quant à la nature, précède l'imparfait, car l'enfant procède de l'homme. La raison donc pour laquelle la femme a été tirée de l'homme, c'est que celui-ci est plus parfait que la femme. S. Paul le prouve par ceci, que la fin est plus parfaite que ce qui se rapporte à la fin même ; or l'homme est la fin par rapport à la femme ; et c'est dans ce sens qu'il dit (v. 9) : « Aussi l'homme n'a pas été créé pour la femme, mais la femme l'a été pour l'homme, » c'est-à-dire pour être son aide dans l'œuvre de la génération ; de même que l'être qui reçoit l'action est pour l'agent, et la matière pour la forme. C'est de là qu'il est dit (Gen., II, v. 18) : « Il n'est pas bon que l'homme soit seul : faisons-lui une aide semblable à lui. »

I. Circa *primum* considerandum quod, sicut supra dictum est, mulier dicitur gloria viri per quamdam derivationem : et ideo ad hoc probandum, subdit : « Non enim » prima sc. rerum conditione, « vir est ex muliere, » sc. formatus, « sed mulier ex viro. » Dicitur enim (Gen., II, v. 22) quod « Edificavit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem. » De viro autem dicitur (Gen., II, v. 7) : « Formavit Dominus Deus hominem de limo terræ. »

II. Deinde, cum dicit : « Etenim, etc., » assignat rationem ejus quod dixerat. Ad cujus evidentiam considerandus est talis ordo perfecti et imperfecti, quod imperfectum in uno et eodem subjecto prius est tempore, quam perfectum.

Prius enim aliquis homo est puer quam vir ; simpliciter tamen perfectum est prius imperfecto, tempore et natura, nam puer producitur ex viro. Hæc igitur est ratio quare mulier producta est ex viro, quia perfectior est muliere, quod ex hoc probat Apostolus, quia finis est perfectior eo quod est ad finem : vir autem est finis mulieris. Et hoc est quod dicit : « Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum, » in adiutorium sc. generationis : sicut patiens est propter agens, et materia propter formam. Unde dicitur (Gen., II, v. 18) : « Non est bonum hominem esse solum : faciamus ei adiutorium simile sibi. »

III. Lorsque l'Apôtre dit (v. 40) : « C'est pourquoi la femme doit, etc., » il donne la conclusion voulue, en ces termes (v. 40) : « C'est pourquoi, » c'est-à-dire puisque l'homme est l'image et la gloire de Dieu, et la femme la gloire de l'homme, « la femme doit avoir la tête voilée, » à savoir quand elle paraît devant Dieu pour prier ou prophétiser, afin de montrer par là qu'elle n'est point immédiatement soumise à Dieu, mais qu'elle est aussi soumise à l'homme sous l'autorité de Dieu, car voilà ce que signifie le voile qui est imposé sur la tête. Aussi une autre version dit (v. 40) : « La femme doit porter sur la tête la marque de la puissance; » le sens est le même, car le voile est le signe de puissance à laquelle on est soumis, suivant cette parole (Ps., LXV, v. 12) : « Vous avez mis des hommes sur nos têtes. »

II^e En ajoutant (v. 40) : « A cause des anges, » l'Apôtre donne une troisième raison prise du côté des anges. La femme doit aussi avoir la tête voilée à cause des anges : l'on peut entendre ces mots de deux manières : d'abord des anges du ciel, qui, croyons-nous, visitent les assemblées des fidèles, surtout quand on célèbre les saints mystères. Les femmes donc, aussi bien que les hommes, par respect pour les anges, doivent à ce moment se tenir comme le demandent l'ordre et la bienséance, suivant cette parole (Ps., CXXXVII, v. 1) : « Je célébrerai votre gloire en présence de vos anges. » On peut ensuite entendre par ces paroles les prêtres, auxquels on donne le nom d'anges parce qu'ils annoncent aux peuples les choses de Dieu, selon ce passage du prophète Malachie (II, v. 7) : « Les lèvres du prêtre garderont la science, et l'on recherchera la loi de sa bouche, parce qu'il est l'ange

III. *Deinde*, cum dicit : « Ideo debet, etc., » infert conclusionem intentam, dicens : « Ideo, » sc. quia vir est imago et gloria Dei, mulier autem est gloria viri, « mulier debet habere velamen super caput suum, » quando sc. Deo assistit orando vel prophetando, ut per hoc ostendatur quod non immediate subest Deo, sed subicitur etiam viro sub Deo, hoc enim significat velamen quod capiti superponitur. Unde alia littera habet quod « Mulier debet habere potestatem super caput suum; » et idem est sensus, nam velamen est signum potestatis, secundum quod (in Ps., LXV, v. 12) dicitur : « Imposuisti homines super capita nostra. »

II^e *Deinde*, cum dicit : « Et propter angelos, etc., » assignat tertiam ratio-

nem, quæ sumitur ex parte angelorum, dicens : Et etiam mulier debet habere velamen super caput suum « propter angelos. » Quod quidem dupliciter intelligi potest : uno modo, de ipsis angelis cœlestibus, qui conventus fidelium visitare creduntur, præcipue quando sacra mysteria celebrantur. Et ideo tunc tam mulieres quam viri ad reverentiam eorum honeste et ordinate se debent habere, secundum illud (Ps., CXXXVII, v. 1) : « In conspectu angelorum psallam tibi. » Alio modo, potest intelligi secundum quod angeli dicuntur sacerdotes, in quantum divina populo annuntiant, secundum illud (Malach., II, v. 7) : « Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirunt ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est. » Debet

du Seigneur des armées. » La femme doit donc, dans l'Eglise de Dieu, avoir toujours un voile sur la tête à cause des anges, c'est-à-dire des prêtres, et cela pour deux raisons : 1^o par respect pour eux, ce qui exige qu'elles se tiennent devant eux avec bienséance. C'est pourquoi il est dit (*Eccli.*, VII, v. 33) : « Honorez Dieu de toute votre âme, et révérez les prêtres. » — 2^o Pour leur sûreté, c'est-à-dire de peur que la vue des femmes sans voile ne provoque en eux les atteintes de la concupiscence. C'est de là qu'il est dit (*Eccli.*, IX, v. 5) : « N'arrêtez point vos regards sur une vierge, de peur que sa beauté ne vous devienne un sujet de chute. »

S. Augustin explique autrement ce passage 1. Il fait voir que la femme ainsi que l'homme sont créés à l'image de Dieu, parce qu'on lit au chapitre IV de l'épître aux Ephésiens (v. 23) : « Renouvelez-vous dans l'intérieur de votre âme, et revêtez-vous de l'homme nouveau, qui est renouvelé dans la connaissance de Dieu, à l'image de Celui qui l'a créé, » où il n'y a aucune distinction d'homme ou de femme. Il faut donc conclure que, dans l'homme, l'image de Dieu se considère selon l'esprit, qui ne présente aucune différence entre l'homme et la femme, et par conséquent la femme est, comme l'homme, l'image de Dieu. Car la Genèse dit expressément (I, v. 27) : « Et Dieu créa l'homme à son image; et il le créa à l'image de Dieu; il les créa mâle et femelle. » C'est ce qui fait dire encore à S. Augustin 2 que l'on doit entendre ces paroles de S. Paul, de l'union spirituelle

1 « Numquidnam igitur fideles feminae sexum corporis amiserunt? Sed quia (*Ephes.*, IV, v. 23) ibi renovantur ad imaginem Dei, ubi sexus nullus est, ibi factus est homo ad imaginem Dei, ubi sexus nullus est, hoc est in spiritu mentis suæ. » (S. Aug., *de Trinit.*, lib. XII, cap. VII. — Edit. Migne, t. VIII, *Patrolog.*, XLII, p. 1005.)

2 « Sicut enim in illo manifesto conjugio....., ita et in hoc quod etiam in homine uno geritur et dignoscitur, occulto quodam secretoque conjugio, carnalis, vel, ut itam dicam, qui in corporis sensus intenditur, sensualis animæ motus, qui

ergo mulier velamen habere semper in ecclesia propter angelos, id est propter sacerdotes, duplici ratione : primo quidem, propter eorum reverentiam, ad quam pertinet quod mulieres coram eis honeste se habeant. Unde dicitur (*Eccli.*, VII, v. 33) : « Honora Deum ex tota anima tua, et sacerdotes illius. » Secundo, propter eorum cautelam, ne sc. ex conspectu mulierum non velatarum ad concupiscentiam provocentur. Unde dicitur (*Eccli.*, IX, v. 5) : « Virginem ne aspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. »

Augustinus autem aliter exponit prædicta. Ostendit enim quod tam mulier

quam vir est ad imaginem Dei, per hoc quod dicitur (*Ephes.*, IV, v. 23) : « Renovamini spiritu mentis vestræ, et induite novum hominem, qui renovatur in agnitione Dei secundum imaginem ejus qui creavit eum, » ubi non est masculus et femina. Et sic patet quod imago Dei attenditur in homine secundum spiritum, in quo non est differentia masculi et feminae; et ideo mulier est imago Dei sicut et vir. Expresse enim dicitur (*Gen.*, I, v. 27) quod « Creavit Deus hominem ad imaginem suam; masculum et feminam creavit eos. » Et ideo Augustinus dicit hoc esse intelligendum in spirituali conjugio,

qui existe dans notre âme, dans laquelle, ainsi qu'il a été dit plus haut, la sensibilité, ou même la raison inférieure, semble représenter la femme, et la raison supérieure l'homme. Dans celle-ci serait l'image de Dieu, et ce serait en ce sens que la femme aurait été tirée de l'homme et pour l'homme, parce que le gouvernement des choses temporelles ou sensibles, auquel s'applique la raison inférieure, ou même la sensibilité, doit tirer sa règle de la considération des choses éternelles, considération qui appartient à la raison supérieure, et tendre vers elles. C'est de là qu'on dit que la femme doit avoir sur la tête un voile, ou le signe de la puissance d'un autre, pour marquer que, dans la disposition des choses temporelles, l'homme doit garder une certaine retenue et une certaine réserve, pour ne point se laisser entraîner, à leur égard, à une affection excessive. Cette réserve ne doit point avoir lieu à l'égard de l'amour de Dieu, puisqu'il est commandé (*Deut.*, VI, v. 5) : « Vous aimerez le Seigneur votre Dieu de tout votre cœur ; » car, dans ce qui est du désir de la fin, il ne saurait y avoir de mesure, comme il est nécessaire d'en mettre à l'égard de ce qui se rapporte à la fin. Le médecin, en effet, cherche à procurer une santé aussi parfaite qu'il le peut ; cependant il ne donne point le médicament aussi fort qu'il le pourrait, mais d'après une mesure déterminée : c'est dans ce sens que l'homme ne doit point avoir la tête voilée. Il doit le faire à cause des saints anges, parce que, comme dit la Glose : Les saints anges ont pour agréable toute manifestation sainte et pieuse. C'est ce qui fait dire à S. Augustin (liv. XXI, ch. VI, de la Cité

nobis pecoribusque communis est, seclusus est a ratione sapientiae. Sensus quippe corporis corporalia sentiuntur ; aeterna vero et incommutabilia ratione sapientiae intelliguntur... Nec me fugit quosdam... in uno homine... virum mentem, mulierem vero dixisse corporis sensum. » (S. Aug., de Trinit., lib. XII, cap. XII et XIII. — Edit. Migne, t. VIII, Patrolog., XLII, p. 1007 et 1008.)

quod est in anima nostra, in qua, sicut supra dictum est, sensualitas, vel etiam inferior ratio, se habet per modum mulieris, ratio, autem superior per modum viri, in qua attenditur imago Dei ; et secundum hoc mulier est ex viro et propter virum, quia administratio rerum temporalium vel sensibilium, cui intendit inferior ratio, vel etiam sensualitas, debet deduci ex contemplatione aeternorum, quae pertinent ad superiorem rationem, et ad eam ordinari : et ideo mulier dicitur habere velamen, vel potestatem super caput suum, ad significandum quod circa temporalia dispensanda debet homo cohibitionem quamdam et refrænationem habere, ne

ultra modum homo progrediatur in eis diligendis. Quae quidem cohibitio circa amorem Dei adhiberi non debet, cum præceptum sit (*Deut.*, VI, v. 5) : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde. » Nam circa desiderium finis non apponitur mensura, quam necesse est apponi circa ea quae sunt ad finem. Medicus enim sanitatem inducit quanto perfectiorem potest, non tamen dat medicinam quanto maiorem potest, sed secundum determinatam mensuram : sic vir non debet habere velamen super caput. Et hoc debet propter angelos sanctos, quia, sicut in Glossa dicitur : Grata est sanctis angelis sacra et pia significatio. Unde et Augustinus

de Dieu) que les démons sont attirés par certaines choses sensibles, non comme les animaux le sont par la nourriture, mais comme les esprits le sont par les signes.

III^e A ces paroles (v. 41) : « Toutefois, ni l'homme n'est point sans la femme, etc., » S. Paul répond à une difficulté qu'on pouvait élever sur ce qu'il venait de dire. En effet, parce qu'il avait dit que l'homme est la gloire de Dieu et la femme la gloire de l'homme, on aurait pu croire ou que la femme n'était point l'œuvre de Dieu, ou que, sous la grâce, elle était privée de puissance.

I. Il détruit donc cette interprétation, en disant : Bien que la femme soit la gloire de l'homme, qui est lui-même la gloire de Dieu, « Cependant ni l'homme n'est point sans la femme dans le Seigneur, » c'est-à-dire en tant que produit par Lui, « ni la femme sans l'homme ; » car le Seigneur a créé l'un et l'autre, suivant cette parole (*Gen.*, I, v. 27) : « Dieu les créa mâle et femelle. » Ou encore : « Ni l'homme n'est sans la femme dans le Seigneur, » c'est-à-dire dans la grâce de Notre-Seigneur Jésus-Christ, « ni la femme sans l'homme, » car l'un et l'autre sont sauvés par la grâce de Dieu, selon cette parole (*Gal.*, III, v. 27) : « Vous tous qui avez été baptisés en Jésus-Christ, vous vous êtes revêtus de Jésus-Christ. » L'Apôtre ajoute à la suite : En Jésus-Christ « Il n'y a plus d'homme ni de femme, » c'est-à-dire de distinction entre eux dans la grâce de Jésus-Christ.

II. En second lieu, il en donne la raison, en disant : « Car, » ainsi que dans la première institution (v. 42) « la femme a été tirée de l'homme, » de même, dans les générations subséquentes, « l'homme naît de la femme, » suivant ce qui est dit (*Job*, XIV, v. 4) : « L'homme

dicat (lib. XXI, de Civitate Dei, c. VI) quod daemones alliciuntur quibusdam sensibilibus rebus, non sicut animalia cibis, sed sicut spiritus signis.

III^e DEINDE, cum dicit : « Verumtamen neque vir, etc., » excludit dubitationem, quae posset ex dictis oriri. Quia enim dixerat quod vir est gloria Dei, mulier autem est gloria viri, posset aliquis credere vel quod mulier non esset ex Deo, vel quod non haberet potestatem in gratia.

I. Unde primo, hoc excludit, dicens : Licet mulier sit gloria viri, qui est gloria Dei, « Verumtamen neque vir est in Domino, » id est a Domino productus, « sine muliere, neque mulier sine viro ; » utrumque enim Deus fecit, se-

cundum illud (*Gen.*, I, v. 27) : « Masculum et feminam creavit eos. » Vel aliter : « Neque vir est sine muliere in Domino, » sc. in gratia Domini nostri Jesu Christi, « neque mulier sine viro, » quia uterque per gratiam Dei salvatur, secundum illud (*Gal.*, III, v. 27) : « Qui cumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. » Et postea subdit : « Non est masculus, neque femina, » sc. differens in gratia Christi.

II. Secundo, assignat rationem, dicens : « Nam, » sicut in prima rerum institutione, « mulier est de viro » formata, « ita et » in subsequentibus generationibus « vir per mulierem » productus est, secundum illud (*Job*, XIV, v. 4) : « Homo natus de muliere. » Nam

né de la femme. » La première production de l'homme fut, en effet, sans l'homme et sans la femme, quand « Dieu créa l'homme du limon de la terre, » comme il est rapporté (*Gen.*, II, v. 7); la seconde fut de l'homme sans la femme, quand « Dieu forma Ève de la côte d'Adam, » ainsi qu'il est rapporté au même lieu; la troisième, de l'homme et de la femme: ainsi Abel naquit d'Adam et d'Ève (*Gen.*, IV, v. 2); la quatrième a été de la femme sans l'homme, quand Jésus-Christ naquit d'une vierge, suivant ce qui est dit (*Gal.*, IV, v. 4): « Dieu a envoyé son Fils, né d'une femme. »

III. Il prouve que la raison alléguée est dans les convenances, lorsqu'il dit (v. 12): « Et l'un et l'autre viennent de Dieu, » car la femme a été d'abord tirée de l'homme, et dans la suite, si l'homme naît de la femme, cela vient de l'opération divine. Ainsi donc l'homme comme la femme appartiennent à Dieu. C'est de là qu'il est dit (*Rom.*, XI, v. 30): « Tout est de Lui, tout est par Lui, tout est en Lui. »

IV^e Lorsqu'il ajoute (v. 13): « Jugez-en vous-mêmes, etc., » S. Paul abandonne à ceux auxquels il s'adresse le jugement de ce qu'il avait dit. Sur ce point, I. il s'en remet aux jugements de ceux qui sont raisonnables; II. il réprime ceux qui ne le sont pas (v. 16): « Que si quelqu'un aime à contester, etc. »

I. Sur la première partie, l'Apôtre: 1^o abandonne à l'appréciation de ceux auxquels il s'adresse ce qu'il a dit, à la manière de celui qui a la confiance d'avoir donné assez de preuves: « Jugez vous-mêmes. » Il appartient, en effet, à l'auditeur dont la conscience est droite, de juger ce qu'il entend. C'est de là qu'il est dit (*Job*, VI, v. 29): « Dans

prima productio hominis fuit sine viro et muliere, quando « Deus formavit hominem de limo terræ, » ut dicitur (*Gen.*, II, v. 7); secunda autem fuit de viro sine muliere, quando « formavit Evam de costa viri, » ut ibidem legitur; tertia autem est ex viro et muliere, sicut Abel natus est ex Adam et Eva, ut legitur (*Gen.*, IV, v. 2); quarta autem est ex muliere sine viro, ut Christus ex virgine, secundum illud (*Gal.*, IV, v. 4): « Misit Deus Filium suum factum ex muliere. »

III. *Tertio*, ostendit rationem esse convenientem, dicens: « Omnia autem ex Deo, » quia sc. et hoc ipsum, quod mulier primo fuit ex viro, et hoc quod postmodum vir est ex muliere, est ex

operatione divina. Unde ad Deum pertinent tam vir quam mulier. Unde dicitur (*Rom.*, XI, v. 30): « Ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia. »

IV^e DEINDE, cum dicit: « Vos ipsi judicate, etc., » committit judicium ejus quod dixerat auditoribus. Et circa hoc duo facit: primo, committit judicium rationalibus auditoribus; secundo, committit protervos auditores, ibi: « Si quis autem videtur, etc. »

I. Circa *primum* quatuor facit. —

1^o Primo, committit auditoribus judicium ejus quod dixerat, more ejus qui confidit se sufficienter probasse, dicens: « Vos ipsi judicate, etc. » Pertinet enim ad bonum auditorem judicare de auditis. Unde dicitur (*Job*, VI, v. 29):

vos réponses, jugez des choses selon la justice; » et (*Job*, XII, v. 11): « L'oreille ne juge-t-elle pas des paroles? » — 2^o Il propose, sous forme de question, ce sur quoi on doit porter le jugement, en disant (v. 13): « Convient-il qu'une femme prie Dieu sans être voilée? » Cela est défendu dans la 1^{re} épître de S. Pierre (III, v. 3), où il est dit: « Que les femmes rejettent loin d'elles le soin excessif de leur chevelure. » — 3^o Il indique le motif d'où ils doivent tirer leur jugement, à savoir de la nature même; c'est pourquoi S. Paul dit (v. 14): « La nature elle-même ne vous apprend-elle pas? » L'Apôtre appelle ici nature cette inclination naturelle des femmes pour entretenir leur chevelure, qui est un voile naturel, inclination qu'on ne trouve pas chez les hommes. On reconnaît que cette inclination est naturelle parce qu'elle se trouve dans le plus grand nombre. Or il faut nous laisser instruire par la nature elle-même, car elle est l'œuvre de Dieu, comme dans la peinture nous sommes instruits par l'habileté du peintre. Voilà pourquoi il est dit de quelques-uns (*Isaïe*, XXIV, v. 5): « Ils ont violé la Loi, perverti la justice, détruit l'alliance éternelle, » c'est-à-dire le droit naturel. — 4^o Il tire donc sa preuve de la nature même: A) et d'abord de l'homme, en disant (v. 14): « S'il orne avec recherche sa chevelure, » à la façon des femmes, « c'est une chose honteuse à lui, » c'est-à-dire un grand nombre d'hommes regarde ce soin excessif comme une ignominie pour lui, parce qu'en cela il agit comme une femme. Aussi (*Ezech.*, XLIV, v. 20): « Que les prêtres ne laissent pas croître leurs cheveux. » On ne peut objecter que quelques hommes, sous la Loi ancienne, laissaient croître leur chevelure, car en cela il y avait une figure qui se rattachait alors à la

« Loquentes id quod justum est judicate; » et (*Job*, XII, v. 11): « Nonne auris verba dijudicat? » — 2^o Secundo, proponit sub quæstione id de quo debet esse judicium, dicens: « Decet mulierem non velatam orare Deum? » Hoc prohibetur in 1^a *Pet.* (III, v. 3), ubi dicitur: « Quarum sit non exterius capillatura. » — 3^o Tertio, ostendit unde debeant sumere suum judicium, quia ab ipsa natura, et hoc est quod dicit: « Nec ipsa natura docet vos? » Et vocat hic naturam ipsam inclinationem naturalem, quæ inest mulieribus ad nutriendum comam, quæ est naturale velamen, non autem viris. Quæ quidem inclinatio naturalis esse ostenditur, quia in pluribus invenitur. Oportet autem ab ipsa natura doceri, quia est

Dei opus: sicut in pictura instruitur aliquis artificio pictoris; et ideo contra quosdam dicitur (*Is.*, XXIV, v. 5): « Transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt fœdus sempiternum, » id est jus naturale. — 4^o Quarto autem, a natura sumit rationem: A) et primo, ponit id quod est ex parte viri dicens: « Quod vir quidem si comam nutriat » more mulieris, « ignominia est illi, » id est ad ignominiam ei reputatur apud plures homines, quia per hoc videtur muliebris esse. Et ideo (*Ezech.*, XLIV, v. 20) dicitur: « Sacerdotes comam non nutriant. » Nec est instantia de quibusdam qui in veteri Lege comam nutriebant, quia hoc erat signum quod tunc erat positum in lectione Veteris Testamenti, ut dicitur

lecture de l'Ancien Testament (2^e Cor., III, v. 15¹).—B) Ensuite du côté de la femme (v. 15) : « Il est, au contraire, glorieux à une femme de soigner sa chevelure, » parce qu'il semble que cela appartient à l'ornement de sa personne. C'est de là qu'il est dit (*Cant.*, VII, v. 5) : « Les cheveux de votre tête sont beaux comme la pourpre des rois. » L'Apôtre en donne aussitôt la raison, lorsqu'il dit (v. 15) : « Parce que les cheveux lui ont été donnés, » à savoir à la femme, « comme un voile. » Par conséquent la même raison vaut et pour que la femme garde sa chevelure et pour qu'elle se serve d'un voile artificiel (*Cant.*, IV, v. 1) : « Votre chevelure est semblable à la toison des chevreux, qui apparaissent sur le sommet de Galaad. »

II. A ces mots (v. 16) : « Que si quelqu'un aime à contester, etc., » S. Paul réprime les esprits indociles, en disant : « Que si quelqu'un, etc., » c'est-à-dire s'il n'acquiesce pas aux raisons que nous avons données, mais attaque la vérité avec des clameurs téméraires, ce qui est le caractère des contestations, comme S. Ambroise l'a remarqué sur ce passage de Job (VI, v. 29) : « Répondez, je vous prie, sans espèce de contradiction ; » et (*Prov.*, XX, v. 3) : « C'est une gloire à l'homme de se séparer des contestations, » qu'il suffise, pour réprimer celui qui agit ainsi, de dire que nous, qui du judaïsme nous sommes convertis à la foi de Jésus-Christ, « nous n'avons point cette coutume, » à savoir de laisser les femmes prier sans avoir la tête voilée ; « ce n'est pas non plus celle de l'Eglise de Dieu, » répandue parmi les nations. A défaut donc d'autre raison, celle-ci devrait suffire, et personne ne devrait agir contre la commune coutume de l'Eglise, car (*Ps.*, LXVII,

¹ « Sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum » 2 (*Cor.*, III, v. 15).

v. 7) : « Il fait habiter dans sa maison ceux qui sont unis de sentiments. » C'est ce qui fait dire à S. Augustin (*Lettre à Casulanus*) : Là où l'Eglise n'a rien défini, la coutume du peuple de Dieu et les institutions de ceux qui nous ont précédés doivent être regardées comme des lois.

v. 7) : « Qui habitare facit unius moris in quibus nihil certi diffinit sacra in domo. » Unde Augustinus dicit (in *Scriptura*, mos populi Dei atque in *Epistola ad Casulanum*) quod omni-stituta majorum pro lege habenda sunt.

(2 Cor., III, v. 15).—B) Secundo, ponit id quod est ex parte mulieris, dicens : « Mulier etsi comam nutriat, gloria est illi, » quia videtur ad ornatum ejus pertinere. Unde dicitur (*Cant.*, VII, v. 5) : « Comæ capitis ejus sicut purpura regis. » Et assignat consequenter rationem, cum dicit : « Quoniam capilli dati sunt ei, » sc. mulieri, « pro velamine : » et ideo eadem ratio est de capillis nutriendis, et de velamine artificiali apponendo (*Cant.*, IV, v. 1) : « Capilli tui sicut grex caprarum, etc. »

II. Deinde, cum dicit : « Si quis autem videtur, etc., » comprimit protervos auditores, dicens : « Si quis autem videtur contentiosus esse, » ut sc. ratio-

nibus prædictis non acquiescat, sed confidentia clamoris veritatem impugnet, quod pertinet ad contentionem, ut Ambrosius dicit contra id quod dicitur (*Job*, VI, v. 29) : « Respondete, obsecro, absque contentione ; » et (*Prov.*, XX, v. 3) : « Honor est ei qui separat se a contentionibus, » hoc sufficiat ad comprimendum talem, quod nos Judæi, in Christum credentes, « talem consuetudinem non habemus, » sc. quod mulieres orent non velato capite ; « neque etiam tota Ecclesia Dei, » per gentes diffusa. Unde, si nulla esset ratio, hoc solum deberet sufficere ne aliquis ageret contra communem Ecclesiæ consuetudinem. Dicitur enim (in *Ps.*, LXVII,

LEÇON IV^e (ch. XI, v. 17 à 22).

SOMMAIRE. — L'Apôtre n'approuve pas les assemblées des Corinthiens, parce que la concorde ne s'y trouve pas. Il reprend la manière dont ils s'approchent de la cène du Seigneur.

17. Voilà donc ce que je vous commande. Je ne vous loue point non plus de ce que vos assemblées, au lieu de vous être utiles, vous sont nuisibles;
 18. Car premièrement, j'apprends que, lorsque vous vous assemblez dans l'église, il y a des partialités parmi vous, et je le crois en partie;
 19. Car il faut qu'il y ait des hérésies, afin qu'on découvre par là ceux d'entre vous qui ont une vertu éprouvée.
 20. Lors donc que vous vous assemblez comme vous faites, ce n'est plus manger la cène du Seigneur;
 21. Car chacun se hâte de manger son souper en particulier, sans attendre les autres; et ainsi les uns n'ont rien à manger, pendant que les autres le font avec excès.
 22. N'avez-vous pas vos maisons pour y boire et pour y manger? Ou méprisez-vous l'Eglise de Dieu, et voulez-vous faire honte à ceux qui sont pauvres? Que vous dirai-je sur cela? Vous en louerai-je? Non, certes, je ne vous en loue point.

L'Apôtre, après avoir repris les Corinthiens de l'erreur dans laquelle ils étaient tombés quant à la tenue extérieure de leurs assemblées, attendu que les femmes assistaient aux mystères sacrés sans avoir la tête voilée, attaque ensuite une autre erreur de leur part, à savoir qu'ils se divisaient dans leurs réunions; car, se réunissant pour ces mêmes mystères, ils se laissaient aller à des contestations. Il touche leurs défauts, 1^o d'une manière générale; 2^o d'une manière spéciale (v. 18): «Premièrement, j'entends dire, etc.»

LECTIO IV.

Conventum eorum non probat, cum minime concors sit, redarguitque modum cœnæ dominicæ sumendæ.

17. Hoc autem præcipio, non laudans quod non in melius, sed in deterius convenitis.
 18. Primum quidem convenientibus vobis in ecclesiam, auditio scissuras esse inter vos, et ex parte credo;
 19. Nam oportet et hæreses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant in vobis.
 20. Convenientibus ergo vobis in unum, jam non est dominicam cœnam manducare.
 21. Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum; et alius

quidem esurit, alius autem ebrius est.

22. Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? An Ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.

Postquam Apostolus redarguit Corinthios de eorum errore in habitu, quia sc. mulieres ad sacra mysteria conveniebant capite non velato, consequenter arguit eorum errorem de scissuris in conventu, quia sc., dum convenirent ad sacra mysteria, contentione vacabant. Et primo, tangit eorum defectum in generali; secundo, in speciali, ibi: «Primum quidem, etc.»

1^o Il dit donc d'abord (v. 17): «Cette manière» de se tenir, à savoir que les femmes, dans l'église, restent voilées, «je la prescris.» Il les détermine donc à observer ce qu'il vient de dire par trois motifs: 1^o la raison; 2^o la coutume; 3^o son ordre, qui, abstraction faite des autres motifs, rendrait l'obéissance nécessaire (Prov., iv, v. 4): «Gardez mes préceptes, et vous vivrez;» et (Eccl., iv, v. 12): «Un triple lien est rompu difficilement.» — (v. 17) «Mais je ne vous loue point,» je vous blâme au contraire, «de ce que vous vous assemblez» dans l'église de manière à ce que ces assemblées, loin de «vous amender,» comme cela devrait être, «vous sont nuisibles» par votre faute. Tous les animaux qui, par instinct naturel, se rassemblent, par exemple les pigeons, les grues, les brebis, se réunissent pour trouver quelque avantage corporel. L'homme donc, destiné par nature à la vie commune ou sociale, comme Aristote le prouve (1^{er} liv., Politique), doit se conduire d'après la raison, de manière à ce que, lorsque plusieurs se réunissent, ils le fassent pour quelque avantage; comme dans les affaires séculières, si plusieurs forment un seul corps dans une cité, c'est afin de se procurer la sécurité et les nécessités de la vie. Par un motif semblable, quand les fidèles s'assemblent, ce doit être pour quelque avantage spirituel, suivant cette parole du psaume ci, v. 23: «Lorsque les peuples et les rois se réunissent pour servir conjointement le Seigneur;» et encore (Ps., cx, v. 1): «Dans la société des justes, et dans l'assemblée de son peuple, les œuvres du Seigneur sont grandes.» Or les Corinthiens ne tiraient de leurs assemblées que du dommage, à cause des fautes qu'ils commettaient à l'occasion même de ces assemblées (Isaïe, i, v. 13): «Vos assemblées sont iniques;» et (Eccl., xxi, v. 10): «L'assem-

1^o Dicit ergo PRIMO: «Hoc autem,» quod dictum est supra, quod mulieres velatæ sint in ecclesiis, «præcipio,» ut sic tripliciter eos induceret ad hujusmodi observantiam: primo quidem, ratione; secundo, consuetudine; tertio, præcepto, quod solum sine aliis necessitatibus induceret (Prov., iv, v. 4): «Custodi præcepta mea, et vives;» et (Eccl., iv, v. 12) dicitur: «Funiculus triplex difficile rumpitur.» — «Non laudans,» sed magis vituperans, «quod convenitis» in ecclesiam «non in melius,» sicut deberet esse, «sed in deterius,» ex culpa vestra. Omnia enim animalia gregalia, puta columbæ, grues, oves, naturali instinctu in unum conveniunt, ut sit eis corporaliter melius. Unde et homo, cum sit animal gregale vel sociale, ut Philosophus probat (1 lib. Politicæ), secundum rationem agere debet, ut multi in unum convenient propter aliquod melius; sicut in rebus sæcularibus multi in unitatem civitatis conveniunt, ut sit eis melius sæculariter, sc. propter securitatem et sufficientiam vitæ. Et ideo fideles in unum convenire debent propter aliquod melius spirituale, secundum illud (Ps., ci, v. 23): «In conveniendo populos in unum, et reges ut serviant Domino;» et alibi (Ps., cx, v. 1): «In consilio justorum et congregatione magna opera Domini.» Sed isti in deterius conveniebant propter culpas quas committebant, dum convenirent (Is., i, v. 13): «Iniqui sunt cœtus vestri;»

blée des méchants est comme un amas de matières combustibles. »

II^o Lorsque l'Apôtre ajoute (v. 18) : « Premièrement j'entends dire, etc., » il explique en détail comment leurs assemblées leur étaient devenues nuisibles.

est ecclesiastica unitas. Et de talibus intelligitur verbum Domini inductum : « Qui manducat me, vivit propter me. » Quidam vero manducant sacramentaliter tantum, qui sc. ita hoc sacramentum percipiunt, quod rem sacramenti, id est charitatem non habent; et talibus intelligitur quod hic dicitur : « Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. » Est autem præter duos modos quibus sumitur sacramentum hoc, tertius modus sumendi, quo manducatur per accidens, dum sc. sumitur non ut sacramentum, quod quidem contingit tripliciter : uno modo, sicut quando aliquis fidelis sumit hos-

hostie qu'il ne croit pas consacrée, bien qu'elle le soit, ce fidèle, s'il a l'habitude d'user du sacrement, n'en use pas actuellement comme sacrement. Secondement, quand un infidèle qui ne croit pas à ce sacrement, reçoit une hostie consacrée; car cet infidèle n'a pas l'habitude d'user de ce sacrement, et n'en a que la puissance. Troisièmement, quand un animal ronge une hostie consacrée, car cet animal ne saurait avoir la puissance d'en user.

Donc, puisque ceux qui reçoivent spirituellement ce sacrement acquièrent la vie, il y a des fidèles qui sentent le besoin de s'en approcher fréquemment. Egalement, de ce que ceux qui le reçoivent indignement se préparent leur jugement, d'autres s'effrayent et ne le prennent que rarement : l'une et l'autre conduite paraissent dignes d'éloges ¹. Car nous lisons en S. Luc (XIX, v. 6) que « Zachée reçut chez lui le Sauveur avec joie, » et en cela sa charité est louée. Nous lisons aussi dans le même évangéliste (VII, v. 6) que « le Centurion dit au Sauveur : Je ne suis pas digne que vous entriez dans ma maison ; » et en cela paraissent avec éclat l'honneur et le respect qu'il porte au Sauveur. Mais parce que, à considérer la chose en soi, l'amour est préférable à la crainte, il paraît meilleur de s'approcher plutôt fréquemment que rarement de l'Eucharistie ². Cependant,

¹ Du reste, dit S. Liguori, c'est une règle universellement reçue et approuvée par le Saint-Siège que les fidèles, mariés ou non, doivent s'en rapporter, pour la communion plus ou moins fréquente, au jugement de leurs confesseurs, qui auront égard aux fruits que leurs pénitents retirent du sacrement de l'Eucharistie. La véritable marque d'une bonne communion est le profit qui en revient aux fidèles. Si l'on voit qu'elle leur est réellement profitable, on peut, on doit même leur permettre de communier fréquemment; ils doivent, au contraire, communier moins souvent lorsqu'ils n'en retirent aucun profit. (Gousset, *Morale*, II, 145.)

² « Omnibus dominicis diebus communicandum suadeo et hortor, si tamen mens sine affectu peccandi sit. » (Gennade.)

tiam consecratam, quam non credit esse consecratam : talis enim habet habitum utendi hoc sacramento, sed non utitur eo actu ut sacramento. Alio modo, sicut quando hostiam consecratam sumit aliquis infidelis, qui nullam habet fidem hujus sacramenti : talis enim non habet habitum utendi hoc sacramento, sed solum potentiam. Tertio modo, sicut quando hostiam sacramentalem comedit mus, vel quodlibet animal brutum, quod etiam non habet potentiam utendi hoc sacramento.

Ex hoc igitur quod spiritualiter sumentes hoc sacramentum acquirunt vitam, alliciuntur quidam ad hoc quod

frequenter hoc sacramentum assumant. Ex hoc autem quod indigne sumentes acquirunt sibi iudicium, plures deterrentur, ut rarius sumant : et utrumque commendandum videtur. Legimus enim (Luc., XIX, v. 6) quod « Zachæus recepit Christum gaudens in domum suam, » in quo ejus charitas commendatur. Legitur etiam (Luc., VII, v. 6) quod Centurio dixit Christo : « Non sum dignus ut intres sub tectum meum, » in quo commendatur honor et reverentia ejus ad Christum. Quia tamen amor præfertur timori per se loquendo, commendabilius esse videtur quod aliquis frequentius sumat, quam quod

comme ce qui est préférable en soi peut l'être moins relativement à tel ou tel, chacun doit examiner en soi-même quels fruits il retire de la réception fréquente de ce sacrement. Si l'on reconnaît que l'on fait des progrès dans la ferveur de la dévotion pour Jésus-Christ, que l'on a plus de force pour résister aux péchés qui triomphent plus ordinairement des hommes, on doit s'approcher fréquemment. Si, au contraire, à cause de sa réception fréquente, on éprouve moins de respect pour ce sacrement, c'est un avertissement qu'on doit s'en approcher plus rarement. C'est pourquoi l'auteur du livre des *Dogmes ecclésiastiques* dit : « De recevoir la sainte Eucharistie tous les jours, je ne le loue ni je ne le blâme ¹. »

III. A ces paroles (v. 30) : « C'est pourquoi il y en a beaucoup parmi vous, etc., » l'Apôtre développe, par une preuve, la raison qu'il a donnée. — 1^o Il indique cette preuve ; 2^o il en assigne la cause (v. 31) : « Que si nous nous jugions nous-mêmes, etc. » — 1^o Sur le premier de ces points, il faut remarquer que, comme le dit S. Augustin (*Cité de Dieu*, liv. I, ch. VIII) : Si tout péché était manifestement puni de Dieu en ce monde, on croirait que rien n'est réservé au dernier jugement. D'une autre part, s'il ne punissait maintenant aucun péché, on croirait que la divine Providence n'existe pas. Donc, en signe du jugement à venir, Dieu, même en ce monde, châtie temporellement quelques individus pour leur péché. Nous le voyons agir ainsi, surtout après la promulgation de la Loi soit nouvelle, soit ancienne ;

¹ De recevoir la communion tous les jours, ny je ne le loue, ny je ne vitupère... Mais de communier tous les jours de dimanche, je le suade et en exhorte un chacun, pourvu que l'esprit soit sans aucune affection de pécher. (S. François de Sales.)

rarius. Quia tamen quod est in se eligibilis, potest esse minus eligibile quantum ad hunc vel illum : considerare quilibet in seipso debet, quem effectum in se habeat frequens susceptio hujus sacramenti. Nam si aliquis sentiat se proficere in fervore dilectionis ad Christum et in fortitudine resistendi peccatis, quæ plurimum consequuntur homines, debet frequenter sumere. Si vero ex frequenti sumptione sentiat aliquis in se minus reverentiam hujus sacramenti, monendus est ut rarius sumat. Unde et (in libro de *Ecclesiasticis Dogmatibus*) dicitur : Quotidie Eucharistiam sumere, nec laudo nec vitupero.

III. *Deinde*, cum dicit : « Ideo inter vos, etc., » manifestat prædictam rationem per signum. Et primo, ponit signum ; secundo, assignat causam illius signi, ibi : « Quod si nosmetipsos, etc. » — 1^o Circa primum, considerandum est quod, sicut Augustinus dicit (in I, de *Civit. Dei*, cap. VIII) : Si omne peccatum nunc manifeste Deus plecteret poena, nihil ultimo iudicio reservari putaretur. Rursus, si nullum peccatum nunc puniret, nulla esse divina providentia crederetur. In signum ergo futuri iudicii Deus etiam in hoc mundo pro peccato quosdam temporaliter punit ; quod maxime observatum videtur in principio legislationis, tam

car nous lisons dans l'Exode (xxxii, v. 28) que « plusieurs milliers d'hommes furent mis à mort après le crime de l'adoration du veau d'or. » On lit aussi aux Actes (v, w. 1 à 10) qu'Ananie et Saphire furent frappés de mort pour leur double péché de mensonge et de vol¹. C'est pour cette raison encore que le péché commis par l'indigne réception de l'Eucharistie était puni de Dieu dans la personne de quelque sacrilège au temps de la primitive Eglise, soit par une infirmité corporelle, soit même par la mort. Aussi S. Paul dit-il (v. 30) : « C'est pourquoi, » c'est-à-dire en preuve du jugement futur, « il y en a parmi vous beaucoup qui, » ayant reçu indignement le corps de Jésus-Christ, « sont châtiés par des infirmités corporelles » (Ps., xv, v. 4) : « Ils ont multiplié leurs infirmités; » — « et sont faibles, » c'est-à-dire travaillés par une longue indisposition, « et beaucoup sont endormis, » à savoir de la mort corporelle, dans le sens où l'on prend le mot sommeil (1^{re} Thess., iv, v. 13) : « Pour ce qui regarde ceux qui dorment, etc. »

2^e En ajoutant (v. 31) : « Que si nous nous jugions nous-mêmes, » S. Paul donne une double raison de la preuve qu'il a indiquée : la première est prise de notre côté; la seconde, du côté de Dieu (v. 32) : « Mais lorsque nous sommes jugés, etc. » — A) Or, de notre côté, la cause du châtement divin est notre négligence, parce que nous négligeons de punir, sur nos propres personnes, les péchés que nous

¹ « Mentiri Spiritui Sancto est negare Spiritui Sancto rem illi promissam et voto obligatam, sive fidem illi datam fallere, et ut Apostolus ait (1 Tim., v, v. 12), irritam facere. »

« Hinc videtur quod, ante votum, Ananias vendiderit agrum, ac votum emisit in pretii oblatione. Cum enim fideles pretia rerum suarum ad pedes apostolorum deponerent, vel expresse, vel tacite profitebantur se omnem suam substantiam a se abdicare eamque transcribere Deo et Ecclesiae, ut in ejus jus et dominium transferretur, distribuenda deinde in fideles prout apostoli eorum principes censuissent. Communitas ergo, puta Ecclesia, fiebat domina horum bonorum a fidelibus oblato. Apostoli vero, utpote et ipsi paupertatem professi, non erant domini, sed dispensatores. » (Cornelius à Lapide, in hunc locum.)

novæ quam veteris. Legimus enim (Exod., xxxii, v. 28), propter peccatum vituli aurei adorati, multa millia hominum perempta. Rursum legitur (Act., v, w. 1-10), propter peccatum mendacii et furti, Ananiam et Saphiram interiisse. Unde et propter peccatum hujus sacramenti indigne sumpti, aliqui in primitiva Ecclesia puniebantur a Deo infirmitate corporali vel etiam morte. Unde dicit : « Ideo, » sc. in signum futuri judicii, « inter vos multi, » indigne sumentes corpus Christi, sunt « infirmi corporaliter (Ps., xv, v. 4) : « Multipli-

catae sunt infirmitates; » — « et imbecilles, » id est longa invaliditudine laborantes, « et dormiunt multi, » sc. morte corporali, secundum quod sumitur dormitio (1 Thess., iv, v. 13) : « Nolumus vos ignorare de dormientibus. »

2^e Deinde, cum dicit : « Quod si nosmetipsos, etc., » assignat duplicem rationem prædicti signi, quarum prima sumitur ex parte nostri; secunda ex parte Dei, ibi : « Cum judicamur autem, etc. » — A) Ex parte autem nostra, causa divinæ punitionis est a negligentia, quia in nobis ipsis peccata com-

avons commis. C'est de là que S. Paul dit (v. 31) : « Que si nous nous jugions nous-mêmes, etc., » en réprimant et en punissant nos péchés, « nous ne serions pas jugés, » c'est-à-dire nous ne serions pas punis par Dieu, ni dans le temps à venir, ni même dans le temps présent.

On objecte ce passage expliqué plus haut (iv, v. 3) : « Je ne me juge pas moi-même; » et (Rom., xiv, v. 22) : « Heureux celui que sa conscience ne condamne point! »

Il faut répondre qu'on peut se juger soi-même de trois manières : d'abord par voie de discussion : dans ce sens, on doit se juger soi-même, et quant aux œuvres accomplies, et quant aux œuvres à accomplir, selon cette parole (Gal., vi, v. 4) : « Que chacun examine bien ses propres actions. » Ensuite par voie de sentence, en s'absolvant soi-même, comme si l'on se jugeait innocent quant au passé : dans ce sens, personne ne doit se juger soi-même et se regarder innocent, suivant cette parole (Job, ix, v. 20) : « Si j'entreprends de me justifier, ma propre bouche me condamnera. Si je veux montrer que je suis innocent, elle me convaincra d'être coupable. » Enfin par voie de condamnation, comme si l'on faisait une chose qu'on juge soi-même être mauvaise; c'est dans ce sens qu'on entend le passage cité : « Heureux celui que sa conscience ne condamne point en ce qu'il approuve ! » Mais quant aux œuvres déjà faites, chacun doit se juger soi-même en se reprenant et en se punissant pour ce qui n'est pas selon la règle. C'est dans ce sens qu'il est dit (Job, xiii, v. 15) : « J'exposerai mes voies en sa présence; » et (Job, xxiii, v. 4) : « Je proposerai ma cause devant lui, je remplirai ma bouche de preuves. » De ce jugement, S. Augustin dit (*De la Pénitence*), et la Glose cite ici ce

missa punire negligimus. Unde dicit : « Quod si nosmetipsos judicarem, » redarguendo et puniendo peccata nostra, « non utique judicarem, » id est non puniremur a Domino, neque postmodum in futuro, neque etiam in presenti.

Sed contra est quod (*supra*, iv, v. 3) dictum est : « Sed neque meipsum judico; » et (Rom., xiv, v. 22) dicitur : « Beatus qui non judicat semetipsum ! »

Sed dicendum est quod aliquis potest seipsum judicare tripliciter : uno modo, discutiendo; et sic aliquis debet judicare seipsum, et quantum ad opera præterita, et quantum ad futura, secundum illud (Gal., vi, v. 4) : « Opus suum probet unusquisque. » Alio modo, sententialiter seipsum absolvendo, quasi judicando se innocentem quantum ad

præterita; et secundum hoc nullus debet judicare seipsum, ut sc. se innocentem judicet, secundum illud (Job, ix, v. 20) : « Si justificare me voluer, os meum condemnabit me. Si innocentem me ostendero, pravum me comprobabit. » Tertio modo, reprehendendo, ut sc. faciat aliquid quod ipse judicat esse malum. Et hoc modo intelligitur quod inductum est : « Beatus est qui non judicat semetipsum in eo quod probat ! » Sed quantum ad ea quæ jam fecit, debet quilibet se ipsum judicare, reprehendendo et puniendo pro maleficiis. Unde dicitur (Job, xiii, v. 15) : « Vias meas in conspectu ejus arguam; » et (Job, xxiii, v. 4) : « Ponam coram eo judicium, et os meum replebo increpationibus. » Et de hoc judicio Augustinus dicit (in libro *de Pénitencia*), et

passage : Que l'image du jugement à venir soit devant nos yeux ; que l'homme s'élève devant ses propres yeux contre lui-même ; et, après avoir établi ainsi un tribunal dans son propre cœur, que la pensée remplisse la fonction d'accusateur, la conscience celle de témoin, et le cœur l'office de bourreau ; ensuite que le sang de l'âme pénitente coule dans ses larmes, et que l'homme enfin prononce lui-même la sentence, de sorte que l'âme se regarde comme indigne de participer au corps et au sang du Seigneur ¹.

B) En ajoutant (v. 32) : « Mais lorsque nous sommes jugés, » l'Apôtre indique la cause, en la prenant du côté de Dieu. Il dit : « Mais lorsque nous sommes jugés, c'est par le Seigneur, » à savoir que nous sommes punis dans ce monde ; « que nous sommes repris, » c'est-à-dire Dieu nous reprend pour nous corriger ; en d'autres termes, afin que chacun, par suite de la peine qu'il ressent, s'écarte du péché. De là ces paroles de Job (v. 17) : « Heureux l'homme que Dieu corrige lui-même ! » et (Prov., III, v. 12) : « Le Seigneur châtie celui qu'il aime. » Ou bien encore, le châtiment de l'un empêche l'autre de pécher (Prov., XIX, v. 25) : « Quand l'homme corrompu est châtié, l'insensé devient plus sage ; » et cela se fait (v. 32) « afin que nous ne soyons point condamnés, » de la condamnation

¹ « Ascendat homo adversum se tribunal mentis suæ, si timet illud quod oportet nos exhiberi ante tribunal Christi, ut illic recipiat unusquisque quod per corpus gessit sive bonum, sive malum (2 Cor., v, v. 10). Constituat se ante faciem suam, ut hoc ei postea fiat. Nam minatur hoc Deus peccatori, dicens : *Arguam te, et statuam contra faciem tuam* (Ps., XLIX, v. 21), atque ita constituto in corde iudicio, adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor. Inde quidam sanguis animi confitentis per lacrymas profluat. Postremo, ab ipsa mente talis sententia proferatur, ut se indignum homo iudicet participatione corporis et sanguinis Domini, ut qui separari a regno cœlorum timet per ultimam sententiam summi iudicis, per ecclesiasticam disciplinam a sacramento cœlestis panis interim separetur, versetur ante oculos imago futuri iudicis, ut cum alii accedunt ad altare Dei, quo ipse non accedit, cogitet quam sit tremenda illa pœna qua percipientibus aliis vitam æternam, alii in mortem præcipitantur æternam. » (S. Augustinus, de Utilitate penitentiarum, serm. I, 7.)

Inducitur hic in Glossa : Versetur ante oculos nostros imago futuri iudicii, et ascendat homo adversum se ante faciem suam, atque constituto in corde iudicio, adsit accusans cogitatio, et testis conscientia, et carnifex cor. Inde quidam sanguis animi confitentis per lacrymas profluat, postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur, ut se indignum homo iudicet participem corporis et sanguinis Domini.

B) Deinde, cum dicit : « Cum iudicamur autem, etc., » ponit causam quæ

est ex parte Dei, dicens : « Cum iudicamur autem a Domino, » id est in hoc mundo punimur, « corripimur, » id est hoc fit ad correctionem nostram, ut sc. quilibet propter pœnam quam sustinuit a peccato recedat. Unde et (Job, v, v. 17) dicitur : « Beatus vir qui corripitur a Domino ! » et (Prov., III, v. 12) : « Quem diligit Dominus, corripit. » Vel etiam dum per pœnam unius, alius peccare desistit (Prov., XIX, v. 25) : « Pestilente flagellato stultus sapientior erit ; » et hoc ideo « ut non damnemur, » æterna

éternelle par le jugement à venir, « avec le monde, » c'est-à-dire avec les hommes qui aiment le monde.

III^e Enfin, lorsque l'Apôtre dit (v. 33) : « C'est pourquoi, mes frères, etc., » il ramène les Corinthiens à la pratique convenable de ce sacrement. — I. Il indique ce qu'il règle pour le moment même ; II. il promet de régler le reste plus tard (v. 34) : « Je réglerai le reste, etc. »

I. Sur la première partie, 1^o il définit ce qu'il règle, en disant (v. 33) : « C'est pourquoi, mes frères, etc., » pour que personne ne se hâte de prendre son repas avant ses frères, « lorsque vous vous assemblez, » à savoir dans l'église, « pour manger » le corps de Jésus-Christ, « attendez-vous les uns les autres, » en sorte que vous preniez tous votre repas en commun. C'est ainsi qu'il est dit (Exode, XII, v. 6) : « Toute la multitude des enfants d'Israël immolera un chevreau. » — 2^o Il répond à une excuse, en disant (v. 34) : « Que si quelqu'un a faim, » et ne peut pas attendre aussi longtemps, « qu'il mange chez lui, » à savoir des aliments ordinaires, et qu'alors il ne reçoive pas l'Eucharistie (Eccli., XXXVI, v. 20) : « L'estomac reçoit toute espèce de nourriture. » — 3^o Il en assigne la raison, en disant (v. 34) : « Afin que vous ne vous assembliez pas, » à savoir dans le dessein de recevoir Jésus-Christ « pour votre jugement, » c'est-à-dire pour votre condamnation.

II. Il exprime sa promesse, en disant (v. 34) : « Quant au reste, » c'est-à-dire quant à ce qui n'expose pas à un danger aussi grand, « lorsque je serai venu, » en d'autres termes présent parmi vous, « je le réglerai, » à savoir comment vous devez observer toutes ces

damnatione in futuro, « cum hoc mundo, » id est cum hominibus mundanis.

III^e DEINDE, cum dicit : « Itaque, fratres mei, etc., » reducit eos ad debitam observantiam : et primo, ponitur id quod nunc ordinat ; secundo ponitur promissio de ordinatione futura, ibi : « Cætera autem, etc. »

I. Circa primum tria facit : 1^o primo, ponit ordinationem suam, dicens : « Itaque, fratres mei, etc., » ne unusquisque cœnam suam præsumat ad manducandum, « cum convenitis, » sc. in ecclesia, « ad manducandum, » sc. corpus Christi, « invicem exspectate, » ut sc. simul omnes sumatis ; unde (Exod., XII, v. 6) dicitur : « Immolabit

hædum multitudo filiorum Israel. » — 2^o Secundo, excludit excusationem, dicens : « Si quis autem esurit, etc., » et non potest tantum exspectare, « domi manducet, » sc. communes cibos, postmodum Eucharistiam non sumpturus (Eccli., XXXVI, v. 20) : « Omnem escam manducabit venter. » — 3^o Tertio, rationem assignat, dicens : « Ut non conveniatis, » sc. ad sumendum corpus Christi, « in iudicium, » id est in vestram condemnationem.

II. Deinde ponitur promissio, cum dicit : « Cætera, » sc. quæ non sunt tanti periculi, « cum venero » præsentialiter, « disponam, » qualiter sc. ea conservare debeatis. Ex quo patet quod Ecclesia

choses. On voit par là que l'Eglise tient des apôtres un grand nombre de règlements qui ne sont point renfermés dans l'Écriture (*Eccli.*, x, v. 3) : « Les cités se peupleront par le bon sens des gens prudents qui les habitent ; » en d'autres termes, les églises seront réglées par la sagesse des apôtres ¹.

¹ Corollaires sur le chapitre XI :

De même que Notre-Seigneur est le modèle de tous les ministres, les ministres de Jésus-Christ, imitateurs de ce divin modèle, doivent eux-mêmes être les exemples de leurs propres frères : *Forma facti gregis ex animo*. Tous, donc, doivent dire : *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi*.

Toute soumission doit se rapporter à trois chefs : Dieu, Jésus-Christ, l'homme. Dieu, source de toute supériorité, est le chef de Jésus-Christ homme. Jésus-Christ rédempteur est le chef de l'homme et de la femme par l'homme. L'homme est chef et supérieur de la femme. Comme Jésus-Christ est soumis à son Père, l'homme est soumis à Jésus-Christ qui l'a racheté ; la femme, à l'homme, comme à son chef.

Dès les premiers temps de l'Eglise, on a abusé des choses saintes. En assistant au sacrifice non sanglant, penser au sacrifice sanglant. Regarder d'une foi vive Jésus-Christ crucifié pour nous, et devant l'autel prier comme on eût prié au Calvaire. Crucifier la chair pour ne pas crucifier Jésus-Christ.

L'Apôtre établit par l'institution de l'Eucharistie la présence réelle de Notre-Seigneur. Les preuves de ce dogme se déduisent du temps de l'institution, des dispositions du Médiateur divin, de sa dignité, de son action, de sa puissance : qui oserait le démentir ?

(Picquigny, *passim*.)

multa habet ex dispositione apostolorum, quæ in sacra Scriptura non continentur (*Eccli.*, x, v. 3) : « Civitates inhabitantur, » id est ecclesiæ disponentur « per sensum prudentium, » scilicet apostolorum.

CHAPITRE XII.

LEÇON PREMIÈRE (ch. XII, w. 1 à 6).

SOMMAIRE. — L'Apôtre traite des grâces spirituelles, et dit que, bien qu'elles soient diverses, elles sont données par un seul et même Esprit-Saint.

1. Pour ce qui est des dons spirituels, je ne veux pas que vous ignoriez, mes frères, ce que vous devez savoir.
2. Vous vous souvenez qu'étant païens, vous vous laissiez entraîner selon qu'on vous menait vers les idoles muettes.
3. Je vous déclare donc que nul homme parlant par l'Esprit de Dieu ne dit : Anathème à Jésus ! et que nul ne peut confesser que Jésus est le Seigneur, sinon par le Saint-Esprit.
4. Il y a, à la vérité, diversité des dons spirituels, mais il n'y a qu'un même Esprit.
5. Il y a diversité de ministères, mais il n'y a qu'un même Seigneur.
6. Et il y a diversité d'opérations, mais il n'y a qu'un même Dieu qui opère tout en tous.

S. Paul, après avoir traité de ce qui regarde trois sacrements, à savoir : le Baptême, le Mariage et l'Eucharistie, commence ici à déterminer ce qui appartient à l'effet des sacrements. Or les sacrements ont un double effet : l'un signifié et contenu, c'est-à-dire la grâce, qui est donnée aussitôt que le sacrement est reçu ; l'autre, signifié et non contenu, c'est-à-dire la gloire de la résurrection,

CAPUT XII.

LECTIO PRIMA.

De gratiis agens dicit quod, licet sint diversæ, ab uno eodemque Spiritu Sancto eas proficisci affirmat.

1. De spiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres.
2. Scitis autem quoniam, cum gentes essetis, ad simulacra multa prout ducebamini, euntes.
3. Ideo notum vobis facio quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit : Anathema Jesu ! et nemo potest dicere : Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto.

4. Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus.
5. Et divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus.
6. Et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.

Postquam Apostolus prosecutus est de tribus sacramentis, scilicet Baptismo, Matrimonio et Eucharistia, hic incipit determinare de his quæ pertinent ad rem sacramentorum. Est autem duplex res sacramenti : una significata et contenta, scilicet gratia, quæ statim cum sacramento confertur ; alia significata et non contenta, scilicet gloria resurrectionis,

qui est attendue quand viendra la fin du monde. L'Apôtre traite donc d'abord des dons de la grâce; ensuite, de la gloire de la résurrection (ci-dessous, xv, v. 1) : « Je vous rappelle, mes frères, etc. » Dans la première partie, S. Paul, premièrement, traite des grâces gratuitement données; secondement, il préfère à toutes ces grâces la charité, c'est-à-dire la grâce qui nous rend agréables à Dieu (ci-dessous xiii, v. 1) : « Quand je parlerais toutes les langues des hommes, etc.; » troisièmement, il compare entre elles les grâces données (ci-dessous, xiv, v. 1) : « Recherchez la charité, etc. » A l'égard des grâces gratuites, l'Apôtre fait deux choses :

I^o Il expose spécialement ce qu'il veut établir, en disant : Je viens de dire que je réglerai à mon arrivée d'autres points qui concernent l'usage des sacrements; toutefois, il est certains enseignements qu'il est nécessaire de vous donner tout de suite; c'est ce qu'il dit (v. 1) : « Par rapport aux dons spirituels, » c'est-à-dire aux dons des grâces qui procèdent de l'Esprit-Saint, « mes frères, je ne veux pas que vous ignoriez... » Car c'est la pire de toutes les ingratitudes de ne pas connaître les bienfaits reçus, comme le remarque Sénèque (*Traité des Bienfaits*). Voilà pourquoi l'homme qui ne veut point être ingrat envers Dieu ne doit pas ignorer ce qui a rapport aux grâces spirituelles (ci-dessus, ii, v. 12) : « Nous avons reçu l'Esprit de Dieu, afin de connaître les dons que Dieu nous a faits; » et (*Isaïe*, v, v. 13) : « Mon peuple a été emmené captif, parce qu'il n'a point eu l'intelligence, » à savoir des choses spirituelles.

II^o A ces mots (v. 2) : « Vous vous souvenez, lorsque vous étiez païens, etc., » S. Paul poursuit les développements qu'il se propose. —

I. Il montre la nécessité des grâces spirituelles; II. il établit la distribution des grâces (v. 4) : « Or il y a diversité de dons spirituels, etc. »

I. Or la nécessité d'une chose se reconnaît surtout lorsqu'on voit qu'elle manque. Sur ce premier point, l'Apôtre fait donc : 1^o ressortir le manquement de forces spirituelles que les Corinthiens éprouvaient avant d'avoir reçu la grâce; 2^o il en conclut la nécessité de cette grâce (v. 3) : « Je vous déclare donc, etc. »

1^o Il dit donc (v. 2) : « Vous vous souvenez, » pour l'avoir éprouvé, « que, lorsque vous étiez païens, » en d'autres termes vivant à la manière des païens, avant d'avoir reçu la grâce par le baptême (*Gal.*, ii, v. 15) : « Nous sommes, nous autres, Juifs de naissance, et non des pécheurs issus des Gentils; » et (*Ephés.* iv, v. 17) : « Les Gentils s'avancent dans la vanité de leurs pensées; » — « vous vous avanciez » avec une sorte de promptitude et de constance, selon cette parole de Jérémie (viii, v. 6) : « Tous courent, dans leurs voies, comme le cheval qui se précipite au combat; » et (*Prov.*, i, v. 16) : « Leurs pieds courent au mal; » — « vers des idoles muettes, » à savoir pour les honorer et les adorer, suivant cette parole du Psalmiste (cxiii, v. 5) : « Elles ont une bouche et ne parlent point. » L'Apôtre désigne particulièrement en elles le défaut de la parole, car la parole est l'effet propre de la connaissance. On voit donc par là que les idoles ne comprennent pas, et par conséquent qu'il n'y a en elles même pas l'ombre de la divinité, attendu qu'elles sont muettes. Et vous vous avanciez ainsi « en vous laissant conduire, » c'est-à-dire sans résistance aucune; en effet, les païens se laissaient entraîner, comme attirés par la beauté des idoles; c'est de là qu'il est dit dans l'épître de Jérémie (*Baruch*, vi, v. 3) : « Vous verrez à

quæ in fine expectatur. Primo ergo, agit de donis gratiarum; secundo, de gloria resurrectionis (xv, v. 1), ibi : « Notum autem vobis facio, etc. » Circa primum agit de gratiis gratis datis; secundo, præfert omnibus his charitatem, quæ pertinet ad gratiam gratum facientem (xiii, v. 1), ibi : « Si linguis hominum, etc.; » tertio, comparat gratias datas ad invicem (xiv, v. 1), ibi : « Sectamini charitatem, etc. » Circa primum duo facit :

1^o PRIMO, principaliter exponit quid intendat, dicens : Dixi quod cætera quæ pertinent ad usum sacramentorum, cum venero disponam; sed quædam statim vobis tradere oportet; et hoc est quod

dicit : « De spiritualibus autem, » id est de donis gratiarum quæ sunt a Spiritu Sancto, « o fratres, nolo vos ignorare. » Est enim maximum genus ingratitudinis ignorare beneficia accepta, ut Seneca dicit (in libro de *Beneficiis*); et ideo, ut homo non sit Deo ingratus, non debet spirituales gratias ignorare (*supra*, ii, v. 12) : « Spiritum accepimus qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis; » (*Is.*, v, v. 13) : « Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, » sc. spiritualium.

II^o SECUNDO, ibi : « Scitis quoniam, cum gentes, etc., » prosequitur suam intentionem, et primo, ostendit spiri-

tualium gratiarum necessitatem; secundo, ponit gratiarum distributionem, ibi : « Divisiones vero, etc. »

I. *Necessitas* autem alicujus rei maxime cognoscitur ex defectu ipsius; unde circa primum duo facit : primo, ponit defectum quem patiebantur ante susceptam gratiam; secundo, concludit gratiæ necessitatem, ibi : « Ideo notum vobis, etc. »

1^o Dicit ergo primo : « Scitis, » quasi experti, « quoniam, cum gentes essetis, » id est gentilitate viventes, nondum suscepta gratia per baptismum (*Gal.*, ii, v. 15) : « Nos enim natura Judæi, non ex Gentibus peccatores; » (*Ephés.*, iv, v. 17) : « Gentes ambulantes in vanitate sensus sui; » — « eratis euntes » quasi

prompta mente et assidua, secundum illud (*Jer.*, viii, v. 6) : « Omnes conversi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens in prælium; » (*Prov.*, i, v. 16) : « Pedes eorum ad malum currunt; » — « ad simulacra muta, » sc. adoranda et colenda, secundum illud (*Ps.*, cxiii, v. 5) : « Os habent, et non loquuntur. » Et ponitur specialiter in eis defectus locutionis, quia locutio est proprius effectus cognitionis : unde ostenditur non intelligere simulacra, et per consequens nihil divinitatis habere, si sunt muta; et hoc « prout ducebamini, » id est sine aliqua resistantia. Ducebantur autem, vel allecti ex pulchritudine simulacrorum; unde dicitur (in epistola *Jeremii*, vi, v. 3) : « Vide-

Babylone des dieux d'or et d'argent; prenez garde que la crainte ne vous laisse surprendre par eux; » ou bien encore, vous vous laissiez conduire par les ordres du prince (*Dan.*, III, v. 2) : « Le roi Nabuchodonosor forçait ses sujets à adorer une statue d'or; » et (2^e *Macch.*, VI, v. 7) : « Les Juifs étaient menés par une dure nécessité aux sacrifices le jour de la naissance du roi; » ou même par l'inspiration des démons, qui s'efforcent surtout de se faire rendre les honneurs divins, suivant ce qui est dit en S. Matthieu (IV, v. 9) : « Je te donnerai toutes ces choses si tu te prosternes et m'adores. » Ils avançaient donc pour honorer les idoles, ainsi qu'on les menait, c'est-à-dire sans aucune résistance, comme ce jeune insensé dont parle le livre des Proverbes (VII, v. 7) : « Il la suit aussitôt, comme le bœuf qu'on mène à l'autel. » On voit par là que l'homme, avant de recevoir la grâce, court avec promptitude vers le péché, sans faire aucune résistance. Or l'Apôtre fait mention spécialement du péché d'idolâtrie pour trois raisons : premièrement, parce que c'est une faute très-grave d'introduire un autre dieu, de même que ce serait une offense très-grave envers un roi que d'en établir un autre à sa place. C'est dans ce sens qu'il est dit au livre de Job (XXXI, v. 26) : « Si à la vue du soleil dans sa splendeur, de la lune dans son éclat, mon cœur a ressenti une joie secrète, si j'ai porté la main à ma bouche, » en signe d'adoration du soleil et de la lune, ce qui est la plus grande iniquité et la négation de la majesté du Très-Haut. Secondement, parce que c'est du péché d'idolâtrie que découlent tous les autres péchés, suivant cette parole (*Sag.*, XIV, v. 27) : « Le culte des infâmes idoles est la cause de tous les maux. » Troisièmement, parce que ce péché était

bitis in Babylonia deos aureos et argenteos, videte ne metus vos capiat in ipsis; » aut etiam ex imperio alicujus principis, sicut legitur (*Dan.*, III, v. 2) quod « Nabuchodonosor coegit homines adorare statuum auream; » et (II *Macch.*, VI, v. 7) dicitur de quibusdam quod « Ducebantur cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia. » Vel etiam instinctu dæmonum, qui ad hoc præcipue anhelant ut divinus cultus eis exhibeatur, secundum illud (*Matth.*, IV, v. 9) : « Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraveris me. » Ibant ergo ad idola colenda, prout ducebantur, id est sine aliqua resistantia, sicut de juvene etiam vecorde dicitur (*Prov.*, VII, v. 7) : « Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victi-

mam. » Per hoc ergo apparet quod homo ante susceptam gratiam promptè currit in peccatum sine resistantia. Specialiter autem facit mentionem de peccato idolatriæ propter tria : primo quidem, quia hoc est peccatum gravissimum introducere alium Deum, sicut gravissime peccaret contra regem, qui alium regem in regnum ejus introduceret; unde dicitur (*Job*, XXXI, v. 26) : « Si vidi solem cum fulgeret, et lunam incedentem clare, et osculatus sum manum meam, » sc. quasi cultor solis et lunæ, quæ est iniquitas maxima et negatio contra Deum altissimum. Secundo, quia a peccato idolatriæ omnia alia peccata oriebantur, secundum illud (*Sap.*, XIV, v. 27) : « Nefandorum idolorum cultura omnis mali causa est. » Tertio,

commun parmi les Gentils, et n'était point regardé comme un crime. C'est de là qu'il est dit (*Ps.*, xcvi, v. 5) : « Tous les dieux des nations sont des démons. »

Il faut remarquer ici que quelques auteurs ont prétendu que l'homme vivant dans le péché mortel ne pouvait être délivré que par le secours de la grâce de ce péché dont il est l'esclave, parce que la rémission du péché ne se fait que par la grâce, suivant cette parole (*Rom.*, III, v. 14) : « Gratuitement justifiés par sa grâce; » mais qu'au moyen du libre arbitre, il pouvait sans la grâce se préserver du péché véniel. Mais cette opinion n'est pas admissible; car d'abord on ne peut se préserver du péché mortel qu'en observant tous les préceptes de la loi, puisque ce qui fait le péché mortel, c'est la transgression de la loi; l'on pourrait donc sans la grâce observer tous les préceptes de la loi, ce qui est l'hérésie Pélagienne¹. D'ailleurs, sans la grâce, personne ne saurait avoir la charité, par laquelle on aime Dieu par-dessus toutes choses, suivant cette parole (*Rom.*, v, v. 5) : « L'amour de Dieu a été répandu dans nos cœurs par le Saint-Esprit, qui nous a été donné. » Or il ne se peut que l'homme évite tout péché, à moins qu'il n'aime Dieu par-dessus toutes choses; car on méprise davantage ce qu'on aime moins. Il pourra donc se faire, pendant quelque temps, que celui qui n'a pas la grâce s'abstienne du péché, jusqu'à ce qu'il rencontre l'objet qui le porte à mépriser le précepte divin, ce qui l'entraînera au péché. Aussi l'Apôtre dit en termes exprès : « Comme vous étiez menés. »

¹ « Si quis hominem semel justificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum qui labitur et peccat, nunquam vere fuisse justificatum; aut contra, posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali privilegio, quemadmodum de beata Virgine tenet Ecclesia, anathema sit. » (*Conc. Trid.*, sess. VI, can. 33.)

quia hoc peccatum apud Gentiles commune erat, et non reputabatur : unde (in *Ps.*, xcvi, v. 5) dicitur : « Omnes dii Gentium dæmonia. »

Est autem considerandum quod quidam dixerunt hominem in peccato mortali existentem sine gratia quadam non posse a peccato cui subjacet, liberari, quia remissio peccatorum non fit nisi per gratiam, secundum illud (*Rom.*, III, v. 14) : « Justificati per gratiam ejus; » posse autem se præservare a peccato mortali sine gratia per liberum arbitrium. Sed hæc positio non videtur vera : primo quidem, quia non potest aliquis se a peccato mortali præservare, nisi omnia legis præcepta servando, cum nullus mortaliter peccet nisi transgrediendo aliquod legis præ-

ceptum : et ita posset aliquis observare omnia legis præcepta sine gratia, quod est hæresis Pelagiana; secundo, quia charitatem, per quam Deus diligitur super omnia, nullus potest habere sine gratia, secundum illud (*Rom.*, v, v. 5) : « Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. » Non potest autem esse quod homo omnia peccata declinet, nisi Deum super omnia diligat; sicut illud magis contemnitur, quod minus diligitur. Poterit ergo esse per aliquod tempus, quod ille qui caret gratia, a peccato absternebit, quousque occurrat illud propter quod Dei præceptum contemnet; a quo ducitur ad peccandum. Signanter autem Apostolus dicit : « Prout ducebamini. »

2^o Lorsqu'il dit (v. 3) : « Je vous déclare donc, etc., » S. Paul déduit en conclusion les deux effets de la grâce, dont le premier consiste à faire éviter le péché; le second, à faire pratiquer le bien, ce que l'Apôtre exprime, en disant (v. 3) : « Et personne ne peut dire : Jésus, etc. »

A) Il dit donc d'abord : Puisque, pendant que vous étiez sans la grâce, vous couriez avec empressement vers le péché, pour cette raison, (v. 3) « Je vous déclare » que si vous eussiez eu la grâce, cela ne vous serait point arrivé. « Car nul homme parlant par l'Esprit de Dieu, » c'est-à-dire sous son inspiration, « ne dit : Anathème à Jésus ! » c'est-à-dire ne profère un blasphème contre Jésus-Christ, suivant cette parole (1^{re} S. Jean, iv, v. 3) : « Tout esprit qui divise Jésus-Christ n'est point de Dieu. » Remarquez que l'Apôtre cite un péché très-grave, le blasphème, qu'on évite par la grâce, afin de montrer qu'il en est de même des autres péchés moindres. On peut encore, par ce qui est dit ici : « Anathème à Jésus ! » entendre tout péché mortel; car anathème veut dire séparation, ce mot venant de *ἀνά*, qui signifie dessus, et de *τίσις*, action de poser, comme on dirait : placé dessus, parce que, autrefois, ce qui était mis à part et soustrait à l'usage des hommes était suspendu dans les temples ou dans les édifices publics. Or tout péché mortel sépare de Jésus-Christ, suivant cette parole d'Isaïe (LIX, v. 2) : « Vos iniquités ont fait une séparation entre vous et votre Dieu. » Quiconque donc pèche mortellement dit de cœur ou de bouche : « Anathème ! » c'est-à-dire séparation, « à Jésus, » attendu que personne, sous l'inspiration de l'Esprit de Dieu, ne pèche mortellement; car, ainsi qu'il est dit

2^o Deinde, cum dicit : « Ideo notum vobis facio, etc., » concludit duos effectus gratiæ, quorum primus est quod facit abstinere a peccato; secundus est quod facit operari bonum, et hoc ponit, ibi : « Et nemo potest, etc. »

A) Dicit ergo primo : Ex quo quando sine gratia eratis, prompte ad peccandum currebatis, « Ideo notum vobis facio » quod si gratiam habuissetis, hoc vobis non contigisset. « Nemo enim in Spiritu Dei, etc., » id est per Spiritum Dei loquens, « dicit : Anathema Jesu ! etc., » id est blasphemiam contra Jesum, secundum illud (1^{re} Joan., iv, v. 3) : « Omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est. » Notandum quod supra posuit gravissimum peccatum quod est blasphemiam, quod per gratiam declina-

tur, ut de aliis minoribus peccatis intelligatur. Potest autem per hoc quod dicitur : « Anathema Jesu ! » intelligi quodlibet peccatum mortale; anathema enim separationem significat. Dicitur ab *ἀνά*, quod est *sursum*, et *τίσις*, quod est *positio*, quasi sursum positum, quia olim res quæ ab usu hominum separabantur, suspendebantur in templis, vel in locis publicis. Omne autem peccatum mortale separat a Jesu, secundum illud (Is., LIX, v. 2) : « Iniquitates vestræ dividerunt inter vos et Deum vestrum. » Quicumque ergo mortaliter peccat, dicit corde vel ore : « Anathema ! » id est separationem a Jesu. Nemo ergo in Spiritu Dei loquens, dicit : « Anathema Jesu ! » quia nullus per Spiritum Dei peccat mortaliter, quia, ut dicitur (Sap., i,

(Sag., i, v. 5) : « L'Esprit-Saint, qui est le maître de la science, fuit le déguisement. »

Cependant, s'il en est ainsi, ne semble-t-il pas que quiconque a l'Esprit-Saint ne peut pécher mortellement? car (1^{re} S. Jean, III, v. 9) : « Quiconque est né de Dieu ne commet point de péché, parce que la semence de Dieu demeure en lui. »

Il faut répondre qu'en tant qu'il est uni à l'Esprit de Dieu, l'homme ne commet pas le péché, mais plutôt s'en éloigne. Toutefois, on peut commettre le péché, par l'effet de l'imperfection de la volonté humaine, qui résiste à l'Esprit-Saint, selon cette parole des Actes (VII, v. 51) : « Vous résistez toujours à l'Esprit-Saint. » En effet, l'Esprit-Saint qui habite en nous, n'enlève pas totalement au libre arbitre, dans la vie présente, la faculté de pécher; voilà pourquoi l'Apôtre a dit en termes exprès, non pas : personne ayant l'Esprit de Dieu, mais : « personne parlant dans l'Esprit de Dieu. »

B) Quand l'Apôtre ajoute (v. 3) : « Et personne ne peut dire : Jésus, » il exprime le second effet de la grâce, à savoir que sans elle l'homme ne peut opérer le bien. Il dit donc (v. 3) : « Et personne ne peut dire que Jésus est le Seigneur, sinon par le Saint-Esprit. »

Objection : C'est par le Saint-Esprit que l'homme est introduit dans le royaume des cieux, suivant cette parole du Psalmiste (CXLII, v. 9) : « Votre Esprit, qui est toute bonté, me conduira dans une voie droite; » et le Sauveur lui-même dit (S. Matth., VII, v. 21) : « Tous ceux qui disent : Seigneur, Seigneur, n'entreront pas dans le royaume des cieux. » Donc, tous ceux qui disent que Jésus est le Seigneur ne le disent pas par le Saint-Esprit.

v. 5) : « Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum. »

Sed secundum hoc videtur quod quicumque habet Spiritum Sanctum, non possit peccare mortaliter, quia etiam dicitur (1^{re} Joan., III, v. 9) : « Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet. »

Sed dicendum est quod, quantum est ex Spiritu Dei, homo non facit peccatum, sed magis a peccato retrahitur; potest tamen peccatum facere ex defectu voluntatis humanæ, quæ Spiritui Sancto resistit, secundum illud (Act., VII, v. 51) : « Vos autem semper Spiritui Sancto resististis. » Non enim per Spiritum Sanctum inhabitantem tollitur facultas peccandi a libero arbitrio totaliter in vita præsentī, et ideo si-

gnanter Apostolus non dixit : nemo Spiritum Dei habens, sed « nemo in Spiritu Dei loquens. »

B) Deinde, cum dicit : « Et nemo potest, etc., » ponit secundum effectum gratiæ, sc. quod sine ea homo non potest bonum operari. Dicit ergo : « Et nemo potest dicere » quod « Jesus » est Dominus, « nisi in Spiritu Sancto. »

Contra quod videtur esse quia per Spiritum Sanctum homo introducit in regnum cælorum, secundum illud (Ps., CXLII, v. 9) : « Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. » Dominus autem dicit (Matth., VII, v. 21) : « Non omnis qui dicit : Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum. » Non omnis ergo qui dicit : Dominum Jesum, dicit hoc in Spiritu Sancto.

Il faut répondre qu'on peut entendre de deux manières cette expression « dire quelque chose par le Saint-Esprit : » d'abord par le Saint-Esprit, qui inspire, mais n'habite pas, car l'Esprit-Saint meut quelquefois certains cœurs et fait parler, bien qu'il n'habite point dans ces cœurs. C'est ainsi qu'on lit en S. Jean (xj, v. 30) que la prédiction de Caïphe sur l'utilité de la mort de Jésus-Christ, « il ne l'avait point dite de lui-même, » mais par l'esprit de prophétie. Balaam également prédit beaucoup de choses vraies, par l'inspiration du Saint-Esprit, ainsi qu'il est rapporté au livre des Nombres (xxiii et xxiv), bien que cet Esprit ne fût point en lui. Il faut donc entendre, d'après cela, que personne ne peut dire une chose vraie, si ce n'est par l'inspiration de l'Esprit-Saint, qui est l'Esprit de vérité, et dont il est dit (S. Jean, xvi, v. 13) : « Quand l'Esprit de vérité sera venu, il vous enseignera toute vérité. » C'est pourquoi la Glose, citant S. Ambroise, dit sur ce passage : Tout ce qu'il y a de vrai, n'importe qui le dise, procède de l'Esprit-Saint, principalement les vérités de foi, celles qui ont été connues par révélation spéciale du Saint-Esprit, parmi lesquelles il faut placer le dogme que Jésus est le Seigneur de toutes les créatures. Aussi lit-on (Actes, ii, v. 36) : « Que toute la maison d'Israël sache donc très-certainement que Dieu a fait Seigneur et Christ ce Jésus que vous avez crucifié. » On peut encore dire : parler par le Saint-Esprit, en ce sens qu'il habite dans un cœur et l'inspire. On peut, d'après ce sens, vérifier ce que l'Apôtre dit ici, en prenant le mot « parler » non pas seulement pour le langage des lèvres, mais aussi pour le cœur et les œuvres ; car il y a un langage du cœur, suivant cette parole (Ps., xlii, v. 1) : « L'insensé a dit dans son cœur : Il n'y a point de Dieu. » Il y a aussi un langage des œuvres,

Dicendum est autem quod « dicere aliquid in Spiritu Sancto, » potest intelligi dupliciter : uno modo, in Spiritu Sancto movente, sed non habito ; movet enim Spiritus Sanctus corda aliquorum ad loquendum, quos non inhabitat, sicut legitur (Joan., xi, v. 30), quod Caïphas hoc quod de utilitate mortis Christi prædixerat, « a semetipso non dixit, » sed per spiritum prophetiæ. Balaam etiam multa vera prædixit motus a Spiritu Sancto, ut legitur (Num., xxiii et xxiv), licet eum non haberet. Secundum hoc ergo intelligendum est quod nullus potest dicere quodcumque verum, nisi a Spiritu Sancto motus, qui est Spiritus veritatis, de quo dicitur (Joan., xvi, v. 13) : « Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem verita-

tem. » Unde et in Glossa Ambrosius hoc in loco dicit : Omne verum a quocumque dicatur, a Spiritu Sancto est, et specialiter in illis quæ sunt fidei, quæ per specialem revelationem Spiritus Sancti sunt habita, inter quæ est quod Jesus sit omnium Dominus. Unde (Act., ii, v. 36) dicitur : « Certissime sciat omnis domus Israel, quia Deus fecit hunc Dominum Jesum, quem vos crucifixistis. » Alio modo, loquitur aliquis in Spiritu Sancto movente et habito ; et secundum hoc etiam potest verificari quod hic dicitur, ita tamen quod « dicere » accipiatur non solum ore, sed etiam corde et opere. Dicitur enim aliquid corde, secundum illud (Ps., xlii, v. 1) : « Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus. » Dicitur etiam aliquid opere,

à savoir quand, par une œuvre extérieure, on manifeste sa pensée intérieure. « Personne » donc, « s'il n'a l'Esprit-Saint, ne peut dire que Jésus est le Seigneur, » en ce sens que non-seulement il le confesse de bouche, mais encore qu'il le révère de cœur comme son Seigneur, et qu'il lui obéisse en cette qualité par ses œuvres. De ce qui précède, nous pouvons donc reconnaître, premièrement, que sans la grâce l'homme ne peut éviter le péché, suivant cette parole (Ps., xciii, v. 17) : « Si Dieu ne m'eût assisté, il s'en serait peu fallu que mon âme fût tombée dans l'enfer. » Secondement, qu'avec la grâce on évite le péché, suivant cette autre parole (1^{re} S. Jean, iii, v. 9) : « Quiconque est né de Dieu ne commet point de péché. » Troisièmement, que sans la grâce l'homme ne peut faire le bien, suivant ce passage de S. Jean (xv, v. 5) : « Sans moi vous ne pouvez rien faire. »

II. Lorsque l'Apôtre dit (v. 4) : « Or il y a diversité de dons spirituels, etc., » il commence à faire la distinction des grâces gratuitement données : d'abord d'une manière générale, ensuite en particulier, à ces mots (v. 7) : « Or les dons du Saint-Esprit sont départis à chacun. » Or, sur les dons qui sont faits par la grâce de l'Esprit-Saint, il faut remarquer : premièrement le pouvoir de l'homme pour opérer les œuvres ; secondement l'autorité ; troisièmement l'exercice de l'un et de l'autre. Le don de la grâce confère le pouvoir, par exemple la prophétie, la puissance de faire des miracles, ou toute autre faveur de cette nature ; on reçoit l'autorité en raison de quelque ministère, par exemple l'apostolat, ou tout autre ; l'exercice appartient à l'œuvre. S. Paul distingue donc : 1^o les grâces ; 2^o les ministères ; 3^o les œuvres.

in quantum exteriori opere aliquis suum conceptum manifestat. « Nemo » ergo, « nisi habendo Spiritum Sanctum, potest dicere : Jesum Dominum, » ita sc. quod non solum hoc ore confiteatur, sed etiam corde revereatur ipsum ut Dominum, et opere obediat ipsi quasi Domino. Sic igitur ex verbis præmissis tria circa gratiam considerare possumus : primo, quod sine ea peccatum homo vitare non potest, secundum illud (Ps., xciii, v. 17) : « Nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus in inferno habitasset anima mea. » Secundo, quod per eam vitatur peccatum, secundum illud (1^a Joan., iii, v. 9) : « Qui natus est ex Deo, non peccat. » Tertio, quod sine ea non potest homo bonum facere, secundum illud (Joan., xv, v. 5) : « Sine me nihil potestis facere. »

II. Deinde, cum dicit : « Divisiones vero, etc., » incipit distinguere gratias gratis datas, et primo, distinguit eas in generali ; secundo, manifestat in speciali, ibi : « Unicuique autem datur, etc. » In his autem quæ per gratiam Spiritus Sancti conferuntur, tria oportet considerare : primo quidem facultatem hominum ad operandum ; secundo, auctoritatem ; tertio, executionem utriusque. Facultas quidem habetur per donum gratiæ, puta per prophetiam, vel potestatem faciendi miracula, aut per aliquid hujusmodi. Auctoritas autem habetur per aliquod ministerium, puta per apostolatam vel aliquid hujusmodi ; executio autem pertinet ad operationem. Primo ergo, distinguit gratias ; secundo, ministeria ; tertio, operationes.

I^o Il dit donc (v. 8) : « La charité ne finira jamais. » Quelques auteurs, interprétant mal ces paroles, sont tombés dans l'erreur et

LECTIO III.

Permanentia charitatis super gratuita declaratur, et hoc quasi per quamdam similitudinem parvuli ad perfectum virum probatur.

8. Charitas nunquam excidit, sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur;

9. Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophelamus.

10. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.

11. Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus; quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli.

Postquam Apostolus ostendit quod

charitas excellit alia dona Spiritus Sancti necessitate et fructuositate, hic ostendit excellentiam charitatis ad alia dona quantum ad permanentiam. Et circa hoc tria facit : primo, proponit differentiam charitatis ad alia dona Spiritus Sancti, quantum ad permanentiam; secundo, probat quod dixerat, ibi : « Ex parte enim cognoscimus, etc.; » tertio, infert conclusionem intentam, ibi : « Nunc autem manent, etc. » Circa primum, duo facit : primo, proponit permanentiam charitatis; secundo, cessationem aliorum donorum, ibi : « Sive prophetiæ, etc. »

I^o Dicit ergo PRIMO : « Charitas nunquam excidit. » Quod quidam male intelligentes, in errorem ceciderunt, di-

ont dit que la charité, une fois reçue, ne peut jamais être perdue¹. Il semble, en effet, qu'à l'appui de cette erreur, on puisse citer ce qui est dit (1^{re} S. Jean, III, v. 9) : « Quiconque est né de Dieu ne commet point de péché, parce que la semence de Dieu demeure en lui. » Mais, d'abord, cette supposition est fautive dans son principe, car on peut posséder d'abord la charité, et ensuite déchoir de cet état par le péché, suivant cette parole de l'Apocalypse (II, v. 4) : « J'ai contre vous que vous êtes déchu de votre première charité; souvenez-vous donc d'où vous êtes tombés, et faites pénitence. » La raison de ceci est que la charité est reçue dans l'âme de l'homme suivant le mode propre à celui-ci, c'est-à-dire de manière à ce qu'il puisse en user ou n'en pas user; or tant que l'homme en use, il ne peut pas pécher, parce que l'usage de la charité est l'amour de Dieu par-dessus toutes choses; par conséquent, il n'y a plus rien qui puisse être pour l'homme matière à offenser Dieu. C'est dans ce sens que l'on doit expliquer le passage cité de S. Jean. De plus, la supposition en question n'est point selon la pensée de S. Paul, parce qu'il ne parle point ici de la cessation des dons spirituels par le péché mortel, mais de la cessation des dons spirituels qui appartiennent à cette vie, par la gloire subséquente. Le sens de l'Apôtre est donc celui-ci : La charité ne

¹ Cette erreur, que la justice et la sainteté du vrai chrétien est inamissible, est un point capital de la doctrine calviniste. Ces hérétiques enseignent qu'un fidèle, une fois justifié par la foi en Jésus-Christ, c'est-à-dire qui croit fermement que la justice de Jésus-Christ lui est imputée, ne peut plus déchoir, lors même qu'il tombe dans les plus grands excès. (Synode de Dordrecht.) Pour être conséquents, les calvinistes sont forcés de soutenir que leur prétendue foi justifiante est inséparable de la charité et de l'habitude de toutes les vertus; que cette habitude, donc, et la charité demeurent dans le pécheur, même souillé de crimes; que Dieu n'impute point ces crimes au vrai fidèle, même impénitent; qu'il n'y a point de péché mortel que le péché contre le Saint-Esprit ou l'impénitence finale. Selon eux toujours, il n'y a plus de véritables justes que les prédestinés. Seuls, les prédestinés sont justifiés : le baptême n'a d'effet que pour eux. (Cf. Bossuet, *Histoire des Variations*, lib. XIV, n. 71; Arnaud, *le Renversement de la morale de Jésus-Christ par les erreurs*, etc.; Bergier, *Inamissibilité*, Conc. Trid., sess. VI, can. 33.)

centes quod charitas semel habita, nunquam potest amitti cui videtur consonare quod dicitur (1^{re} Joan., III, v. 9) : « Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet. » Sed hujus dicti primo quidem sententia falsa est : potest enim aliquis charitatem habens, a charitate excidere per peccatum, secundum illud (Apoc., II, v. 4) : « Charitatem tuam primam reliquisti; memor esto itaque unde excideris, et age poenitentiam. » Et hoc ideo est quia charitas recipitur in anima hominis secundum modum ipsius, ut sc.

possit ea uti, vel non uti. Dum vero ea utitur, homo peccare non potest, quia usus charitatis est dilectio Dei super omnia; et ideo nihil restat propter quod homo Deum offendant, et per hunc modum intelligitur verbum Joannis inductum. Secundo, prædicta sententia non est secundum intentionem Apostoli, quia non loquitur hic de cessatione donorum spiritualium per peccatum mortale, sed potius de cessatione donorum spiritualium quæ pertinent ad hanc vitam per gloriam supervenientem; unde sensus Apostoli est : « Charitas nun-

finira jamais, parce que telle elle est dans l'état de la voie, telle elle demeurera dans l'état de la patrie; mais alors elle sera plus complète, suivant cette parole d'Isaïe (XXXI, v. 9) : « Voici ce que dit le Seigneur donc, le feu est en Sion, » c'est-à-dire dans l'Eglise militante, « et la fournaise en Jérusalem, » c'est-à-dire dans la paix de la céleste patrie.

II^o Lorsqu'il ajoute (v. 8) : « Les prophéties seront anéanties, » S. Paul rappelle la cessation des autres dons spirituels, et spécialement de ceux qui paraissent tenir le premier rang.

I. Quant à la prophétie, il dit : « Les prophéties seront anéanties, » c'est-à-dire cesseront. En effet, dans la gloire future, la prophétie n'aura plus lieu pour deux raisons : 1^o parce que la prophétie concerne l'avenir; or après la vie de la gloire il n'y aura plus d'avenir, mais cette vie sera le complément et la fin de tout ce qui avait été prophétisé auparavant. C'est pourquoi il est dit (Ps., XLVII, v. 9) : « Ce que nous avons entendu, » c'est-à-dire par les prophètes, « nous le voyons présentement de nos yeux dans la cité du Dieu des vertus. » — 2^o Parce que la prophétie est accompagnée de la connaissance figurative et énigmatique, qui cessera dans la patrie. C'est dans ce sens qu'il est dit (Nomb., XII, v. 6) : « S'il se trouve parmi vous un prophète du Seigneur, je lui apparaîtrai en vision, ou je lui parlerai en songe; » et au prophète Osée (XII, v. 10) : « Par eux j'ai été représenté sous différentes figures. »

II. Du don des langues, l'Apôtre dit (v. 8) : « Les langues cesseront; » ce qu'il ne faut point entendre de l'organe même corporel qu'on appelle de ce nom, puisqu'il est dit ci-après (xv, v. 52) : « Les

quam excidit, » quia sc., sicut est in statu viæ, ita permanebit in statu patriæ et cum augmento, secundum illud (Is., XXXI, v. 9) : « Dixit Dominus cujus ignis est in Sion, » sc. in Ecclesia militante, « et caminus ejus in Jerusalem, » id est in pace cœlestis patriæ.

II^o DEINDE, cum dicit : « Sive prophetiæ, etc., » proponit cessationem aliorum donorum spiritualium, et specialiter eorum quæ præcipua videntur.

I. Primo, quantum ad prophetiam, dicit : « Sive prophetiæ evacuabuntur, » id est cessabunt, quia sc. in futura gloria prophetia locum non habebit propter duo : 1^o primo quidem, quia prophetia respicit futurum; status autem ille non exspectabit aliquid in futurum, sed erit finale complementum omnium

eorum quæ ante fuerant prophetata : unde (in Ps., XLVII, v. 9) dicitur : « Sicut audivimus, » sc. per prophetas, « ita et vidimus » præsentialiter « in civitate Domini virtutum. » — 2^o Secundo, quia prophetia est cum cognitione figurali et ænigmatica, quæ cessabit in patria; unde dicitur (Num., XII, v. 6) : « Si quis fuerit inter vos propheta Domini, per somnium aut in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum; » et (Osée, XII, v. 10) : « In manibus prophetarum assimilatus sum. »

II. Secundo, quantum ad donum linguarum, dicit : « Sive linguæ cessabunt. » Quod quidem non est intelligendum quantum ad ipsa membra corporea, quæ linguæ dicuntur, ut dicitur (infra, xv, v. 52) : « Mortui resurgent

morts ressusciteront incorruptibles, » c'est-à-dire sans diminution des membres. Il ne faut pas non plus l'entendre de l'usage de la langue matérielle; car, dans la patrie future, la voix rendra son concert de louanges, suivant cette parole (*Ps.*, CXLIX, v. 6) : « Les louanges de Dieu seront dans leur bouche, » comme la Glose l'explique en cet endroit. Il faut donc entendre par ce don des langues, celui par lequel, dans la primitive Eglise, quelques fidèles parlaient diverses langues (*Actes*, II, v. 4); car, dans la gloire future, chacun entendra toutes les langues; il ne sera donc point nécessaire d'y parler diverses langues. Aussi bien, même dans les commencements du genre humain, raconte la Genèse (XI, v. 1) : « Sur la terre, il n'y avait qu'une langue et qu'une même manière de parler; » à plus forte raison dans le dernier état, alors que se consummera l'unité.

III. Quant à la science, l'Apôtre ajoute (v. 8) : « La science sera abolie, etc. » De cette parole on a voulu conclure que la science acquise serait totalement perdue avec le corps. Pour approfondir cette vérité, il faut considérer qu'il y a deux facultés dans l'ordre de la connaissance, savoir la force sensitive et la force intellectuelle; toutefois, entre ces deux forces, il y a cette différence que la première est l'acte d'un organe corporel, qui cesse donc nécessairement par la corruption du corps; mais la force intellectuelle n'est point l'acte d'un organe semblable, comme on le prouve (3^e P., de *Anima*); par conséquent, cet acte demeure nécessairement, même après que le corps est livré à la corruption. Si donc quelque portion de la science acquise est conservée dans la partie intellectuelle de l'âme, cette portion doit nécessairement demeurer après la mort. On a donc dit que les formes intelligibles ne se conservent dans l'intellect pur qu'en

incorrupti, » id est absque diminutione membrorum. Neque autem intelligentum est quantum ad usum linguæ corporeæ; est enim futura in patria laus vocalis, secundum illud (*Ps.*, CXLIX, v. 6) : « Exaltationes Dei in gutture eorum, » ut Glossa ibidem exponit. Est ergo intelligendum quantum ad donum linguarum, quo sc. aliqui in primitiva Ecclesia linguis variis loquebantur, ut dicitur (*Act.*, II, v. 4) : in futura enim gloria, quilibet quamlibet linguam intelliget : unde non erit necessarium variis linguis loqui. Nam etiam a primordio generis humani, ut dicitur (*Gen.*, XI, v. 1) : « Unus erat sermo, et unum labium omnibus; » quod multo magis erit in ultimo statu, in quo erit unitas consummata.

III. *Tertio*, quantum ad scientiam, subdit : « Sive scientia destruetur. » Ex quo quidam accipere voluerunt quod scientia acquisita totaliter perditur cum corpore. Ad cuius veritatis inquisitionem considerare oportet quod duplex est vis cognitiva, sc. vis sensitiva et vis intellectiva. Inter quas est differentia, quia vis sensitiva est actus organi corporalis; et ideo necesse est quod desinat corpore corrupto; vis autem intellectiva non est actus alicujus organi corporei, ut probatur (in tertio de *Anima*); et ideo necesse est quod maneat corpore corrupto. Si ergo aliquid scientiæ acquisitæ conservetur in parte animæ intellectivæ, necesse est quod id permaneat post mortem. Quidam ergo posuerunt quod species intelligibiles non conser-

tant qu'il conçoit; mais les formes sensibles se conservent dans les puissances de l'âme en tant que sensible, par exemple dans la mémoire et l'imagination, en sorte que le pur intellect, lorsqu'il veut de nouveau concevoir, même ce qu'il a conçu d'abord, a toujours besoin de faire abstraction des formes sensibles, par la lumière active de l'intellect; or, dans ce sens, il s'ensuivrait comme conséquence que la science acquise ici-bas ne subsisterait plus après la mort. Mais cette hypothèse est d'abord contraire à la raison; car il est évident que les formes intelligibles sont reçues dans l'intellect pur, au moins lorsqu'il conçoit actuellement; or ce qui est reçu en quelqu'un existe en lui selon l'état de celui qui reçoit. La substance de l'intellect pur étant donc fixe et immuable, il s'ensuit que les formes intelligibles y subsistent dans un état d'immobilité. D'ailleurs cette hypothèse est contredite par Aristote, qui dit (liv. III, de *l'Âme*) : L'intellect pur, comprenant toutes choses, est intelligent en tant que puissance. On voit donc qu'il possède les formes intelligibles par lesquelles on l'appelle principe concevant; et toutefois il est en même temps à l'état de puissance pour concevoir actuellement, de sorte que les formes intelligibles sont dans l'intellect pur, même quand il ne conçoit pas actuellement. Aussi Aristote dit-il, au même endroit, que l'âme intellectuelle est la demeure des formes, par cette raison que les formes intelligibles y sont conservées. Néanmoins, pendant cette vie, l'âme intellectuelle a besoin de se tourner vers les images pour concevoir actuellement, non-seulement pour tirer, par l'abstraction, les formes des images, mais encore pour appliquer aux images les formes qu'elle possède. La preuve, c'est que si l'organe de la faculté imaginative

vantur in intellectu possibili, nisi quamdiu intelligit. Conservantur autem species phantasmatum in potentiis animæ sensitivæ, puta in memorativa et imaginativa. Ita sc. quod semper intellectus possibilis, quando de novo vult intelligere, etiam quæ prius intellexit, indiget abstrahere a phantasmatibus per lumen intellectus agentis; et secundum hoc consequens est quod scientia hic acquisita non remaneat post mortem. Sed hæc positio est primo quidem contraria rationem. Manifestum est enim quod species intelligibiles in intellectu possibili recipiuntur ad minus dum actu intelligit. Quod autem recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis; cum ergo substantia intellectus possibilis sit immutabilis et fixa, consequens est quod species intelligibiles remaneant in eo immobiliter. Secundo, est contra auctoritatem Aristotelis (in tertio de *Anima*), qui dicit quod, cum intellectus possibilis est sciens unumquodque, tunc etiam est intelligens in potentia. Et sic patet quod habet species intelligibiles per quas dicitur sciens; et tamen adhuc est in potentia ad intelligendum in actu, et ita species intelligibiles sunt in intellectu possibili, etiam quando non intelligit actu : unde etiam ibidem Philosophus dicit quod anima intellectiva est locus specierum, quia sc. in ea conservantur species intelligibiles. Indiget tamen in hac vita convertere se ad phantasmata, ad hoc quod actu intelligat non solum ut abstrahat species a phantasmatibus, sed etiam ut species habitas phantasmatibus applicet : cuius signum est quod læso organo virtutis

ou celui de la mémoire est lésé, non-seulement l'homme ne peut acquérir une science nouvelle, mais il ne saurait même faire usage de la science précédemment acquise. Donc, après la mort du corps, la science demeure dans l'âme, quant aux formes intelligibles et non quant à la représentation des images; donc l'âme, après sa séparation d'avec le corps, n'aura point besoin de ces images, puisqu'elle aura son être et ses opérations en dehors de l'union avec le corps. C'est dans ce sens que l'Apôtre dit ici (v. 8): « La science sera abolie, » à savoir dans ses rapports avec les images sensibles. C'est de là qu'il est dit (*Isaïe*, xxix, v. 14): « La sagesse des sages périra, et la prudence des prudents sera obscurcie. »

III^e Quand l'Apôtre dit (v. 9): « Car ce n'est que d'une manière imparfaite, etc., » il prouve ce qu'il vient de dire. — I. Il expose sa preuve; II. il développe ce que cette preuve renferme (v. 14): « Quand j'étais enfant, etc. »

I. Il fait pour établir sa preuve le raisonnement suivant: Ce qui est parfait fait cesser ce qui est imparfait; or les autres dons spirituels, à l'exception de la charité, ont quelque chose d'imparfait; ils cesseront donc quand surviendra la perfection de la gloire. — 1^o L'Apôtre expose la mineure, quant à l'imperfection de la science, lorsqu'il dit (v. 9): « Car ce n'est qu'en partie, » c'est-à-dire d'une manière imparfaite, « que nous connaissons: » partie indique un caractère d'imperfection. On le voit particulièrement dans ce qui concerne la connaissance de Dieu, suivant cette parole de Job (xxxvi, v. 26): « En effet, Dieu est grand; il passe toute notre science; » et Job (xxvi, v. 14): « Ce que nous venons de dire n'est qu'une partie de ses œuvres. » Il montre

imaginativæ vel etiam memorativæ, non solum impeditur homo ab acquisitione novæ scientiæ, sed etiam ab usu scientiæ prius habitæ. Sic ergo remanet scientia in anima post corporis mortem, quantum ad species intelligibiles, non autem quantum ad inspectionem phantasmatum, quibus anima separata non indigebit, habens esse et operationem absque corporis communione. Et secundum hoc Apostolus hic dicit quod « Scientia destruetur, » sc. secundum conversionem ad phantasmata; unde et (*Is.*, xxix, v. 14) dicitur: « Peribit sapientia, a sapientibus. et intellectus prudentium ejus abscondetur. »

III^e DEINDE, cum dicit: « Ex parte enim cognoscimus, » probat quod dixerat; et primo, inducit probationem;

secundo, manifestat ea quæ in probatione continentur, ibi: « Cum essem parvulus, etc. »

I. Inducit ergo primo, ad probandum propositum talem rationem: Adveniente perfecto, cessat imperfectum; sed dona alia præter charitatem habent imperfectionem: ergo cessabunt superveniente perfectione gloriæ. — 1^o Primo ergo, proponit minorem propositionem, quoad imperfectionem scientiæ, cum dicit: « Ex parte enim cognoscimus, » id est imperfecte. Nam pars habet rationem imperfecti. Et hoc præcipue verificatur quantum ad cognitionem Dei, secundum illud (*Job*, xxxvi, v. 26): « Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram; » et (*ibid.*, xxvi, v. 14): « Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum

aussi l'imperfection de la prophétie, lorsqu'il ajoute: « Et si nous prophétisons, ce n'est qu'en partie, » c'est-à-dire imparfaitement, car la prophétie, c'est la connaissance mêlée d'imperfection, comme il a été expliqué. Mais l'Apôtre garde le silence sur le don des langues, qui est moins parfait que les deux autres, comme on le verra plus bas (xiv, v. 1). — 2^o Il énonce la majeure en disant (v. 10): « Mais lorsque sera venu ce qui est parfait, » c'est-à-dire la perfection de la gloire, « tout ce qui est imparfait sera aboli; » en d'autres termes, toute imperfection disparaîtra. C'est de cette perfection qu'il est dit (1^{re} S. Pierre, v, v. 10): « Il vous perfectionnera après que vous aurez souffert un peu de temps. »

Cependant, s'il en est ainsi, il semble que la charité elle-même sera détruite par la gloire future, puisque cette charité est elle-même imparfaite dans l'état de la voie, si on la compare à l'état de la patrie.

Il faut répondre que l'imperfection peut exister, sous deux rapports différents, dans ce qu'on appelle imparfait; quelquefois cette imperfection est de l'essence même, quelquefois seulement accidentelle. C'est ainsi que l'imperfection est un des caractères de l'enfance, et non pas de l'âge mûr; par conséquent, l'âge mûr arrivant, l'enfance cesse et l'humanité se perfectionne. L'imperfection est donc de l'essence de la science, telle qu'ici-bas nous pouvons l'avoir à l'égard de Dieu, c'est-à-dire en tant qu'il est connu par les choses sensibles. Il en est de même de la prophétie, en tant que connaissance figurative ayant pour objet l'avenir. Mais telle n'est pas la charité, dont le caractère propre est d'aimer le bien connu: par conséquent, quand surviendra la perfection de la gloire, la prophétie et la science pren-

ejus. » Proponit etiam imperfectionem prophetiæ, cum subdit: « Et ex parte, » id est imperfecte, « prophetamus. » Est enim prophetia cognitio cum imperfectione, ut dictum est. Tacet autem de dono linguarum, quod est imperfectius his duobus, ut (*infra*, xiv, v. 1) patebit. — 2^o Secundo, ponit majorem, dicens: « Cum autem venerit quod perfectum est, » id est perfectio gloriæ, « evacuabitur quod ex parte est, » id est omnis imperfectio tolletur. De qua perfectione dicitur (1^{re} Pet., v, v. 10): « Modicum passus ipse perficiet. »

Sed secundum hoc, videtur quod etiam charitas evacuetur per futuram gloriam, quia ipsa est imperfecta in statu viæ per comparisonem ad statum patriæ.

Dicendum ergo quod imperfectio dupliciter se habet ad id quod dicitur imperfectum. Quandoque enim est de ratione ejus, quandoque vero non: sed accidit ei, sicut imperfectio est de ratione pueri, non autem de ratione hominis. Et ideo, adveniente perfecta ætate, cessat quidem pueritia; sed humanitas fit perfecta. Imperfectio est ergo de ratione scientiæ, prout hic de Deo habetur, in quantum sc. cognoscitur ex sensibilibus; et similiter de ratione prophetiæ, in quantum est cognitio figuralis et in futurum tendens; non est autem de ratione charitatis, ad quam cognitum bonum diligere pertinet; et ideo, superveniente perfectione gloriæ, cessat prophetia et scientia;

dront fin, mais la charité ne finira point, au contraire elle se perfectionnera, car Dieu sera d'autant plus parfaitement aimé qu'il sera mieux connu.

II. Quand l'Apôtre ajoute (v. 44) : « Quand j'étais enfant, etc., » il développe ce qu'il vient d'énoncer : et d'abord la majeure, à savoir que, le parfait survenant, etc.; ensuite la mineure, à savoir que la science et la prophétie sont imparfaites (v. 42) : « Nous ne voyons maintenant, etc. » — 1^o Il explique la première proposition par une comparaison entre le parfait et l'imparfait, tels qu'ils se trouvent dans l'âge corporel : « Quand j'étais enfant, » c'est-à-dire par l'âge, « je parlais en enfant, » c'est-à-dire comme il convient à un enfant, à savoir en balbutiant. C'est à raison de cette imperfection de la parole qu'on remarque chez les enfants que nous voyons louer la sagesse (x, v. 21) : « Elle a rendu éloquentes les langues des petits enfants. » Or c'est parler comme un enfant que de dire des choses vaines (Ps., xi, v. 3) : « Chacun ne dit à son prochain que des choses vaines. » Quant au jugement, S. Paul ajoute (v. 44) : « Je jugeais en enfant, » c'est-à-dire j'approuvais ou je rejetais certaines choses sans réflexion, ainsi que font les enfants, qui quelquefois méprisent ce qui est précieux et recherchent ce qui est de vil prix (Prov., i, v. 22) : « O enfants, jusques à quand aimerez-vous l'enfance ? jusques à quand les insensés désireront-ils ce qui leur est pernicieux ? » Ceux-là donc jugent en enfant qui, n'ayant que du mépris pour les choses spirituelles, s'attachent à ce qui est terrestre ; c'est d'eux qu'il est dit (Philip., iii, v. 19) : « Ils mettent leur gloire dans leur propre confusion, et ils n'ont de goût que pour la terre. » Quant au raison-

charitas autem non cessat, sed magis perficitur, quia quanto perfectius cognoscetur Deus, tanto etiam perfectius amabitur.

II. Deinde, cum dicit : « Cum essem parvulus, etc., » manifestat ea quæ præmissa sunt. Et primo, manifestat majorem, sc. quod, veniente perfecto, cessat imperfectum; secundo, manifestat minorem, sc. quod scientia et prophetia sint imperfecta, ibi : « Videmus nunc, etc. » — 1^o Ostendit autem primum per similitudinem perfecti et imperfecti, quod invenitur in ætate corporali : unde et primo, describit imperfectum ætatis corporalis, dicens : « Cum essem parvulus, » sc. ætate, « loquebar ut parvulus, » id est prout congruit parvulo, sc. balbutiendo : unde,

propter naturalem defectum locutionis qui est in parvulis, commendatur sapientia (Sap., x, v. 21), quod « Linguas infantium facit disertas ; » et ut parvulus loquitur, qui vana loquitur (Ps., xi, v. 3) : « Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum. » Quantum vero ad judicium, subdit : « Sapiebam ut parvulus, » id est approbavam vel reprobabam aliqua stulte, ut faciunt parvuli, qui quandoque pretiosa contemnunt, et vilia appetunt, ut dicitur (Prov., i, v. 22) : « Usquequo, parvuli, diligitis infantiam, et stulti ea quæ sunt sibi noxia cupient ? » Sapiunt ergo ut parvuli, qui, spiritualibus contemptis, terrenis inhærent ; de quibus dicitur (Philip., iii, v. 19) : « Gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt. » Quantum autem ad

nement, il dit (v. 44) : « Je raisonnais en enfant, » à savoir sur de vaines pensées (Ps., xciii, v. 14) : « Le Seigneur connaît les pensées des hommes ; il sait qu'elles sont vaines. » Dans son énumération, S. Paul semble intervertir l'ordre. Car la parole exige le jugement de la sagesse, et le jugement présuppose les pensées de la raison. Or ceci convient assez à l'imperfection des enfants, chez qui l'on trouve la parole sans le jugement, et le jugement sans délibération. Ce que dit S. Paul : « Je parlais comme un enfant, » peut se rapporter au don des langues ; « je jugeais en enfant, » au don de prophétie, et ce qu'il ajoute : « Je raisonnais en enfant, » au don de science. — 2^o Il exprime ce qui appartient à la perfection de l'âge, en disant (v. 44) : « Mais lorsque je suis devenu homme, » c'est-à-dire lorsque je suis parvenu à l'âge parfait et viril, « je me suis dégagé, » en d'autres termes j'ai jeté loin de moi « tout ce qui tenait de l'enfance ; » car, dit le prophète Isaïe (Lxv, v. 20) : « L'enfant de cent ans mourra, et le pécheur de cent ans sera maudit. » Il faut remarquer que l'Apôtre compare ici l'état présent à l'enfance, à cause de son imperfection, et l'état de la gloire future à l'âge viril, à raison de sa perfection.

rationis discursum, dicit : « Cogitabam ut parvulus, » id est aliqua vana ; unde et (in Ps., xciii, v. 14) dicitur : « Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. » Et videtur Apostolus ordine præpostero hæc tria ponere ; nam locutio præexigit judicium sapientiæ ; judicium vero præsupponit cogitationes rationis. Et hoc satis congruit imperfectioni puerili, in qua est locutio sine judicio, et judicium sine deliberatione. Potest autem referri quod dicit : « Loquebar ut parvulus, » ad donum linguarum ; cum dicit : « Sapiebam ut parvulus, » ad donum prophetiæ ; quod

autem subdit : « Cogitabam ut parvulus, » ad donum scientiæ. — 2^o Secundo, ponit id quod pertinet ad perfectionem ætatis, dicens : « Quando autem factus sum vir, » id est quando perveni ad perfectam et virilem ætatem, « evacuavi, » id est adjeci, « quæ erant parvuli, » quia, ut dicitur (Is., Lxv, v. 20) : « Puer centum annorum morietur, et peccator centum annorum maledictus erit. » Et est attendendum quod Apostolus hic comparat statum præsentem pueritiæ, propter imperfectionem ; statum autem futuræ gloriæ, propter perfectionem, virili ætati.

LEÇON IV^e (ch. XIII, v. 12 à 13 et dernier).

SOMMAIRE. — L'Apôtre explique comment cessera ce qui est imparfait, surtout dans la connaissance de Dieu ; il conclut cependant que la charité ne finira jamais.

12. *Nous ne voyons maintenant que comme en un miroir et en des énigmes, mais alors nous verrons face à face. Je ne connais maintenant qu'imparfaitement, mais alors je connaîtrai, comme je suis moi-même connu.*

13. *Or ces trois vertus, la foi, l'espérance et la charité, demeurent à présent ; mais la charité est la plus excellente des trois.*

L'Apôtre traite ici de la vision, qui est la connaissance de Dieu. Tous les dons passagers dont il est parlé ci-dessus doivent donc être envisagés en tant qu'ils concourent à la connaissance de Dieu. Sur ceci, l'Apôtre, 1^o prouve d'une manière générale ce qu'il veut établir ; 2^o il le prouve en particulier à l'égard de lui-même (v. 12) : « Je ne le connais maintenant qu'imparfaitement, etc. »

1^o Il dit donc : J'ai établi que ce n'est qu'en partie que nous connaissons, parce que maintenant (v. 12) : « Nous ne voyons Dieu que comme dans un miroir et en énigme, » mais « alors, » c'est-à-dire dans la patrie, « nous le verrons face à face. » Il faut examiner ici : I. ce que c'est que voir Dieu comme dans un miroir et en énigme ; II. ce que c'est que voir Dieu face à face.

I. Remarquons qu'un objet sensible peut être vu de trois manières : à savoir par sa présence propre dans le sujet qui voit : ainsi se perçoit la lumière, qui est présente dans l'œil ; par la présence de son

image dans l'organe, présence qui découle de l'objet lui-même, comme la blancheur qui existe sur la muraille, sans que cette blancheur existe et soit présente dans l'œil, qui n'en reçoit que la ressemblance, bien qu'il ne perçoive pas cette ressemblance ; par la présence de la ressemblance, sans qu'elle émane immédiatement de l'objet lui-même, mais de la ressemblance même de cet objet dans ce qui le représente : c'est ainsi qu'on voit un homme dans un miroir ; car la ressemblance de l'homme n'est point immédiatement dans l'œil, mais cette ressemblance se reflète dans le miroir. Appliquant cette manière de s'exprimer à la vision de Dieu, nous disons que Dieu seul se voit lui-même d'une connaissance naturelle, parce qu'en Dieu son essence et son intellect ne font qu'une seule et même chose ; par conséquent, son essence est présente à son intellect. Peut-être les anges voient-ils Dieu de la seconde manière, c'est-à-dire en tant que la ressemblance de la divine essence se reflète directement sur eux. Dans la vie présente, nous connaissons Dieu de la troisième manière, en tant que ses perfections invisibles nous sont manifestées par les créatures, comme il est dit dans l'épître aux Romains (1, v. 20). Ainsi donc toute créature est pour nous comme un miroir, parce que de l'ordre, de la beauté et de la grandeur que Dieu a fait éclater dans la création, nous remontons à la connaissance de la sagesse, de la bonté et de la puissance divine. C'est de cette connaissance que S. Paul dit : « Nous voyons comme dans un miroir. »

Il faut, de plus, observer que cette ressemblance d'un objet représenté dans un autre objet est de deux sortes : quelquefois elle est claire et manifeste, comme celle qui existe dans un miroir ; quelquefois obscure et cachée. On dit en parlant de cette vue : nous voyons

LECTIO IV.

Ostendit quomodo evacuabitur quod ex parte est, maxime in cognitione Dei, concludens tandem quod charitas nunquam evacuabitur.

12. *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum.*

13. *Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc; major autem horum est charitas.*

Hic loquitur de visione, quæ est cognitio Dei: unde omnia præcedentia dona evacuanda, sunt intelligenda se-

cundum quod ordinantur ad cognitionem Dei. Circa hoc duo facit: primo enim, probat id quod interdit in generali; secundo, in speciali de seipso, ibi: « Nunc cognosco, etc. »

1^o Dicit ergo: Dixi quod ex parte cognoscimus, quia « Nunc videmus per speculum in ænigmate, » sed « tunc, » sc. in patria, videbimus « facie ad faciem. » Ubi primo considerandum est quid sit videre per speculum in ænigmate; secundo, quid sit videre facie ad faciem.

I. Sciendum est ergo quod sensibile aliquid potest tripliciter videri, sc. aut per sui præsentiam in re vidente, sicut ipsa lux, quæ præsens est oculo; aut

per præsentiam suæ similitudinis in sensu immediate derivatam ab ipsa re, sicut albedo quæ est in pariete videtur, non existente ipsa albedine præsentia in oculo, sed ejus similitudine, licet ipsa similitudo non videatur ab eo; aut per præsentiam similitudinis non immediate derivatæ ab ipsa re, sed derivatæ a similitudine rei in aliquid aliud, sicut cum videtur aliquis homo per speculum. Non enim similitudo hominis immediate est in oculo, sed similitudo hominis resultantis in speculo. Per hunc ergo modum loquendi de visione Dei, dico quod naturali cognitione solus Deus videt seipsum, quia in Deo idem est sua essentia et suus intellectus. Et ideo sua essentia est præsens suo intellectui. Sed secundo modo forte angeli naturali cognitione Deum vident, in quantum similitudo divinæ essentiae relucet immediate in eos. Tertio vero modo, cognoscimus nos Deum in vita ista, in quantum invisibilia Dei per creaturas cognoscimus, ut dicitur (Rom., 1, v. 20). Et ita tota creatura est nobis sicut speculum quoddam, quia ex ordine, et bonitate, et magnitudine, quæ in rebus a Deo causata sunt, venimus in cognitionem sapientiæ, bonitatis et eminentiæ divinæ; et hæc cognitio dicitur visio in speculo.

Ulterius autem sciendum est quod hujusmodi similitudo, quæ est similitudinis in alio relucens, est duplex: quia aliquando est clara et aperta, sicut illa quæ est in speculo; aliquando obscura et occulta, et tunc illa visio dicitur

en énigme, comme quand nous disons : ma mère m'a mis au monde, et je mets au monde ma mère. Dans ce cas, la vérité est sous le voile de la similitude : c'est ce qu'on dit de la glace, qui est engendrée de l'eau congelée ; l'eau à son tour est engendrée de la glace fondue. On voit par là que la connaissance, par la reproduction de la ressemblance, existe dans le miroir par la ressemblance cachée sous le voile énigmatique, tandis que la ressemblance claire et manifeste constitue une seconde espèce de la vision allégorique. Quand donc nous connaissons les perfections invisibles de Dieu par les créatures, on dit que nous voyons dans un miroir ; mais en tant que ces perfections invisibles nous sont cachées, nous voyons en énigmes. Autrement encore : « Nous voyons maintenant comme dans un miroir, » à savoir au moyen de notre raison ; et alors cette expression « *per* » désigne seulement la puissance, comme si l'Apôtre disait : nous voyons comme dans un voile, en d'autres termes par la puissance de notre âme.

II. Sur cette expression : « Voir face à face, » il faut savoir que Dieu, en tant que Dieu, n'a pas de face, et par conséquent ce que dit S. Paul : « Voir face à face, » se dit par métaphore ; car lorsque nous voyons un objet dans un miroir, nous ne voyons pas l'objet lui-même, mais sa ressemblance, tandis que voir un objet en face, c'est voir l'objet lui-même, tel qu'il est. L'Apôtre a donc voulu seulement, par ces paroles : Dans la patrie nous le verrons face à face, donner à entendre que nous verrons alors l'essence même de Dieu (1^{re} S. Jean, III, v. 2) : « Nous le verrons tel qu'il est. »

On objecte ces paroles de la Genèse (XXXII, v. 30) : « J'ai vu le Seigneur face à face, etc. ; » or il est constant que Jacob ne vit point

ænigmatica, sicut cum dico : me mater genuit, et eadem gignitur ex me. Istud est per simile occultum ; et dicitur de glacie, quæ gignitur ex aqua congelata, et aqua gignitur ex glacie resoluta. Sic ergo patet quod visio per similitudinem similitudinis est in speculo per simile occultum in ænigmate, sed per simile clarum et apertum facit aliam speciem allegoricæ visionis. In quantum ergo invisibilia Dei per creaturas cognoscimus, dicimur videre per speculum. In quantum vero illa invisibilia sunt nobis occulta, videmus in ænigmate. Vel aliter : « Videmus nunc per speculum, » id est per rationem nostram, et tunc *ly* « *per* » designat virtutem tantum ; quasi dicat : « Videmus per spe-

culum, » id est virtute animæ nostræ.

II. Circa *secundum* vero, sciendum est quod Deus, secundum quod Deus, non habet faciem ; et ideo hoc quod dicit : « Facie ad faciem, » metaphorice dicitur ; cum enim videmus aliquid in speculo, non videmus ipsam rem, sed similitudinem ejus ; sed quando videmus aliquid secundum faciem, tunc videmus ipsam rem sicut est. Ideo nihil aliud vult dicere Apostolus, cum dicit : Videbimus in patria « Facie ad faciem, » quam quod videbimus ipsam Dei essentiam (1^{re} Joan., III, v. 2) : « Videbimus eum sicuti est, etc. »

Sed contra est quia (Gen., XXXII, v. 30) dicitur : « Vidi Dominum facie ad faciem, etc. » Sed constat quod tunc

alors l'essence de Dieu ; voir Dieu face à face, ce n'est donc pas voir l'essence de Dieu.

Il faut répondre que cette vision eut lieu dans l'imagination ; or la vision de cette nature est d'un degré plus élevé, puisque c'est voir ce qui apparaît. Dans la ressemblance même sous laquelle l'objet apparaît, il y a un autre degré moins élevé : c'est d'entendre seulement les paroles. Jacob donc, pour relever l'excellence de la vision qui lui était accordée dans l'imagination, dit : « J'ai vu le Seigneur face à face, » c'est-à-dire j'ai vu, dans mon imagination, le Seigneur apparaissant dans son image, et non dans son essence, car alors la vision n'eût pas été seulement dans l'imagination.

On dit encore que dans la patrie même la divine essence sera vue dans une ressemblance créée ; mais cette opinion est de tout point fautive et impossible, parce que nul objet ne peut être connu dans son essence au moyen d'une ressemblance dont la notion ne soit pas en rapport avec lui. Une pierre, par exemple, ne peut être connue selon ce qu'elle est si ce n'est par la notion de la pierre, qui est dans l'âme. Nulle ressemblance, en effet, ne peut conduire à la connaissance de l'essence d'un objet si cette ressemblance en diffère quant à l'espèce, et beaucoup moins encore si elle en diffère quant au genre. Ainsi on ne peut connaître par la notion spécifique du cheval ou de la blancheur l'essence d'un homme, et à plus forte raison celle d'un ange. On peut encore beaucoup moins, par la notion spécifique, quelle qu'elle soit, d'un objet créé, voir la divine essence, puisque cette espèce créée dans l'âme, quelle qu'elle puisse être, est à une plus grande distance de l'essence divine que ne l'est l'espèce de

non vidit essentiam Dei : ergo videre facie ad faciem non est videre essentiam Dei.

Responsio. Dicendum est quod illa visio fuit imaginaria ; visio autem imaginaria est quidam gradus altior, sc. videre illud quod apparet : in ipsa imagine in qua apparet est alius gradus infimus, sc. audire tantum verba : unde Jacob, ut insinuaret excellentiam visionis imaginariæ sibi ostensæ, dicit : « Vidi Dominum facie ad faciem, » id est vidi Dominum imaginarie apparentem in sua imagine, et non per essentiam suam ; sic enim non fuisset visio imaginaria.

Sed tamen quidam dicunt quod in patria ipsa, divina essentia videbitur per similitudinem creatam : sed hoc est

omnino falsum et impossibile, quia nunquam potest aliquid per essentiam cognosci per similitudinem quæ non conveniat cum re illa in specie. Lapis enim non potest cognosci secundum illud quod est, nisi per speciem lapidis, quæ est in anima. Nulla enim similitudo ducit in cognitionem essentiæ alicujus rei si differat a re illa secundum speciem, et multo minus si differt secundum genus. Non enim per speciem equi vel albedinis potest cognosci essentia hominis, et multo minus essentia angeli. Multo ergo minus per aliquam speciem creatam, quæcumque sit illa, potest videri divina essentia, cum ab essentia divina plus distet, quæcumque species creata in anima, quam species equi vel albedinis ab essentia an-

l'ange de celle d'un cheval ou de l'espèce de la blancheur. Supposer donc qu'on puisse voir Dieu seulement par une image ou par quelque reflet de ses clartés, c'est supposer qu'on ne peut voir la divine essence. En outre, l'âme étant comme une ressemblance de Dieu, la vision qui est accordée dans la vie présente ne se ferait pas plus comme dans un miroir et en énigme, que la vision claire et manifeste promise aux saints dans la gloire, laquelle fera notre béatitude. Aussi S. Augustin dit-il dans la Glose, sur ce passage, que la vision de Dieu par image appartient à la vision qui se fait comme dans un miroir et par énigme (*de la Trinité*, liv. xv, ch. ix). Une autre conséquence, c'est que la suprême béatitude de l'homme se trouverait dans un autre objet que Dieu lui-même, ce qui est contraire à la foi. En effet, le désir naturel de l'homme, qui consiste à s'élever à la cause première des choses et à la connaître par elle-même, deviendrait sans réalité.

II^e L'Apôtre continue (v. 12) : « Je ne le connais maintenant qu'imparfaitement, etc. » Ce qu'il a prouvé d'une manière générale, il le prouve ici d'une manière spéciale, par sa propre connaissance, en disant (v. 12) : « Maintenant, » c'est-à-dire dans la vie présente, moi-même Paul, « je ne connais qu'en partie, » en d'autres termes d'une manière obscure et imparfaite ; « mais alors, » à savoir dans la patrie, « je le connaîtrai, comme je suis moi-même connu de lui ; » c'est-à-dire : ainsi que Dieu connaît mon essence, je connaîtrai aussi Dieu quant à son essence ; en sorte que cette expression « comme » ne suppose pas l'égalité, mais l'analogie de connaissance.

III^e Enfin S. Paul déduit sa conclusion principale lorsqu'il dit (v. 13) : « Or la foi, l'espérance et la charité demeurent maintenant, etc. » Le motif pour lequel il ne fait pas mention de tous les

geli. Unde ponere quod Deus videatur solum per similitudinem, seu per quamdam refulgentiam claritatis suæ, est ponere divinam essentiam non videri. Et præterea, cum anima sit quædam similitudo Dei, visio illa non magis esset specularis et ænigmatica, quæ est in via, quam visio clara et aperta, quæ repromittitur sanctis in gloria, et in qua erit beatitudo nostra : unde Augustinus dicit hic in Glossa quod visio Dei, quæ est per similitudinem, pertinet ad visionem speculi et ænigmatis. Sequitur etiam quod beatitudo hominis ultima esset in alio, quam in ipso Deo, quod est alienum a fide. Naturale etiam hominis desiderium, quod est perveniendi ad primam rerum causam, et

cognoscendi ipsam per seipsam, esset inane.

II^e SEQUITUR : « Nunc cognosco ex parte, etc. » Hic illud quod probavit in generali, probat in speciali de cognitione sui ipsius, dicens : « Nunc, » id est in præsentī vita, ego Paulus « cognosco ex parte, » id est obscure et imperfecte ; « tunc autem, » sc. in patria, « cognoscam sicut et cognitus sum, » id est : sicut Deus cognovit essentiam meam, ita Deum cognoscam per essentiam ; ita quod *hæc* « sicut » non importat hic æqualitatem cognitionis, sed similitudinem tantum.

III^e CONSEQUENTER infert principalem conclusionem, cum dicit : « Nunc autem manent, etc. » Causa autem quare non

dons, mais seulement de ces trois, c'est qu'ils unissent à Dieu, ce que ne font point les autres dons, si ce n'est au moyen de ces premiers. Les autres dons encore sont en quelque sorte des dispositions pour produire, dans les cœurs des hommes, ces trois dons principaux. Pour cette raison ces trois dons seulement, savoir la foi, l'espérance et la charité, sont appelés vertus théologiques, parce qu'ils ont Dieu immédiatement pour objet.

Cependant, les dons ayant pour fin de perfectionner ou la partie affective ou la partie intellectuelle de l'âme, et la charité produisant cette perfection pour la volonté, et la foi pour l'intelligence, il semble que l'espérance ne soit pas nécessaire, mais qu'elle est superflue.

Pour expliquer ceci, il faut se rappeler que l'amour est une force unitive, et que tout amour consiste dans quelque espèce d'union. De là, et d'après ces unions diverses, les philosophes distinguent différentes espèces d'amitié. Or il y a entre nous et Dieu deux sortes d'union : la première, quant aux biens naturels, que nous recevons ici-bas de ses mains ; la seconde, quant à la béatitude, en tant que nous participons ici-bas par la grâce à la félicité éternelle, dans la mesure où cette participation est possible, et par là nous espérons parvenir à la possession de cette béatitude éternelle et devenir citoyens de la céleste Jérusalem. Ainsi, en vertu de la première communication, il y a, à l'égard de Dieu, une amitié naturelle en vertu de laquelle tout être cherche et désire naturellement Dieu, comme cause première, bien suprême et dernière fin. En vertu de la seconde communication, il y a amour de charité, par lequel la créature intel-

facit mentionem de omnibus donis, sed de istis tribus tantum, est quia hæc tria conjungunt Deo ; alia autem non conjungunt Deo, nisi mediantibus istis. Alia etiam dona sunt quædam dispositionia ad gignendum ista tria in cordibus hominum : unde et solum ista tria, sc. fides, spes et charitas, dicuntur virtutes theologice, quia habent immediate Deum pro objecto.

Sed cum dona sint ad perficiendum vel affectum vel intellectum, et charitas perficiat affectum, fides intellectum, non videtur quod spes sit necessaria, sed superflua.

Ad hoc sciendum quod amor est quædam vis unitiva, et omnis amor in unione quadam consistit. Unde, et secundum diversas uniones, diversæ species

amicitiæ a philosopho distinguuntur. Nos autem habemus duplicem conjunctionem cum Deo : una est quantum ad bona naturæ quæ hic participamus ab ipso ; alia quantum ad beatitudinem, in quantum nos hic sumus participes per gratiam supernæ felicitatis, secundum quod hic est possibile. Speramus etiam ad perfectam consecutionem illius æternæ beatitudinis pervenire, et fieri cives cælestis Jerusalem. Et secundum primam communicationem ad Deum, est amicitia naturalis, secundum quam unumquodque, secundum quod est, Deum ut causam primam et summam bonum appetit et desiderat, ut finem suum. Secundum vero communicationem secundam, est amor charitatis, quia solum creatura intellectualis Deum

lectuelle seule aime Dieu. Mais, parce que nul objet ne peut être aimé sans être connu, pour l'amour de charité on exige d'abord la connaissance de Dieu; et comme cette connaissance est au-dessus des forces de la nature, on exige d'abord la foi, qui a pour objet ce que nous ne voyons point. Ensuite, pour que l'homme ne vienne point à s'égarer ou à défaillir, on exige l'espérance, par laquelle il puisse tendre à cette fin, comme lui appartenant. De ces trois dons il est dit (*Eccli.*, II, v. 8), quant à la foi : « Vous qui craignez le Seigneur, croyez en lui; » quant à l'espérance : « Vous qui craignez le Seigneur, espérez en lui; » quant à la charité : « Vous qui craignez le Seigneur, aimez-le. » Ces trois dons demeurent donc maintenant; mais (v. 13) « Le plus grand des trois, » d'après ce qui a été dit, « c'est la charité ¹. »

¹ Corollaires sur le chapitre XIII :

Savoir que le plus excellent des dons de Dieu est la charité, parce que, de toutes les vertus, elle est la plus nécessaire, la plus utile, la seule éternellement durable.

La désirer donc plus que tous les autres dons; la rechercher, la poursuivre jusqu'à ce qu'on la possède.

Une fois possédée, la garder, la suivre, lui obéir dans tous ses mouvements : elle ne quitte que lorsqu'on la néglige.

Si on l'a conservée, marcher dans ses voies, s'avancer, se perfectionner par les bonnes œuvres, les croix, les mortifications endurées par elle et pour elle.

« Un moment court et léger d'affliction en cette vie produit en nous le poids d'une souveraine et incomparable gloire. » (2 *Cor.*, IV, v. 17.)

(Picquigny, *passim*.)

diligit. Quia vero nihil potest amari nisi sit cognitum, ideo ad amorem charitatis exigitur primo cognitio Dei. Et quia hoc est supra naturam, primo exigitur fides, quæ est non apparentium; secundo, ne homo deficiat vel aberret, exigitur spes, per quam tendat in illum finem, sicut ad se pertinentem, et de his tribus dicitur (*Eccli.*, II, v. 8) : « Qui

timetis Deum, credite in illum, » quantum ad fidem; « Qui timetis Deum, sperate in illum, » quantum ad spem; « Qui timetis Deum, diligite eum, » quantum ad charitatem. Ista ergo tria manent nunc; « Sed charitas major est » omnibus, propter ea quæ dicta sunt supra.

CHAPITRE XIV.

LEÇON PREMIÈRE (ch. XIV, w. 1 à 4).

SOMMAIRE.— Le don de prophétie est préférable au don des langues.

1. Recherchez avec ardeur la charité; désirez les dons spirituels, et surtout de prophétiser;
2. Car celui qui parle une langue ne parle pas aux hommes, mais à Dieu, puisque personne ne l'entend et qu'il parle en esprit des choses cachées.
3. Mais celui qui prophétise parle aux hommes pour les édifier, les exhorter, les consoler.
4. Celui qui parle une langue s'édifie lui-même, au lieu que celui qui prophétise édifie l'Eglise de Dieu.

Après avoir établi l'excellence de la charité comparativement aux autres dons, l'Apôtre compare ensuite les autres dons entre eux, montrant la prééminence de la prophétie sur le don des langues. A cet effet, d'abord il prouve cette prééminence; ensuite il montre comment il faut faire usage du don des langues et du don de prophétie (v. 26) : « Que faut-il donc, mes frères? » Sur le premier de ces points, il fait voir que le don de prophétie est plus excellent que celui des langues, par des raisons prises du côté des infidèles, ensuite du côté des

CAPUT XIV.

LECTIO PRIMA.

Præfertur donum prophetiæ dono linguarum.

1. Sectamini charitatem; æmulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis.
2. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo; nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria.
3. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, et exhortationem, et consolationem.

4. Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat; qui autem prophetat, Ecclesiam Dei ædificat.

Posita excellentia charitatis ad alia dona, hic consequenter Apostolus comparat alia dona ad invicem, ostendens excellentiam prophetiæ ad donum linguarum. Et circa hoc duo facit : primo, ostendit excellentiam prophetiæ ad donum linguarum; secundo, quomodo sit utendum dono linguarum, et prophetiæ, ibi : « Quid ergo est, fratres, etc? » Circa primum duo facit : primo, ostendit quod donum prophetiæ est excellentius quam donum linguarum, rationibus sumptis ex parte infidelium;

fidèles (v. 6) : « En effet, mes frères. » La première partie se subdivise en deux. Premièrement, S. Paul montre que le don de prophétie est plus excellent que le don des langues, quant à l'usage que l'on peut en faire dans les exhortations ou prédications; secondement, quant à celui qu'on en peut faire dans la prière, car l'usage de ce don s'étend à ces deux choses (v. 3) : « Mais celui qui prophétise parle aux hommes pour les édifier, les exhorter et les consoler. » Sur cette première subdivision, l'Apôtre fait deux choses :

16. *Que si vous ne louez Dieu que de l'esprit, comment celui qui tient la place du peuple répondra-t-il Amen à la fin de votre action de grâces, puisqu'il n'entend pas ce que vous dites ?*

17. *Ce n'est pas que votre action de grâces ne soit bonne, mais les autres n'en sont pas édifiés.*

S. Paul, après avoir montré, dans ce qui précède, la prééminence du don de prophétie sur le don des langues, par des raisons prises du côté de l'exhortation, le prouve maintenant par d'autres raisons prises du côté de la prière, car par les langues nous faisons ces deux choses, nous prions et nous exhortons. A cet effet, il prouve la prééminence du don de prophétie sur celui des langues, d'abord par le raisonnement, ensuite par des exemples (v. 18) : « Je loue mon Dieu de ce que je parle toutes les langues que vous parlez. » Sur la première question, I^o il expose la nécessité de la prière ; II^o il fait voir comment, dans la prière, le don de prophétie l'emporte sur celui des langues (v. 14) : « Car si je prie dans une langue inconnue, etc. »

LECTIO III.

In oratione privata et publica, ostenditur prophetia excellentior lingua.

13. *Et ideo qui loquitur lingua, oret ut interpretetur ;*

14. *Nam, si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.*

15. *Quid ergo est : orabo spiritu, orabo et mente ; psallam spiritu, psallam et mente ?*

16. *Cæterum, si benedixeris spiritu, quis supplet locum idiotæ ? Quomodo dicet : Amen, super tuam benedictionem ? quoniam quid dicas, nescit ;*

17. *Nam tu quidem bene gratias agis, sed alter non ædificatur.*

Supra ostendit Apostolus excellentiam doni prophetiæ ad donum linguarum, rationibus sumptis ex parte exhortationis ; hic vero ostendit idem rationibus sumptis ex parte orationis : hæc enim duo per linguam exercemus, orationem sc. et exhortationem. Et circa hoc duo facit : primo enim, probat excellentiam prophetiæ ad donum linguarum rationibus ; secundo, exemplis, ibi : « Gratias ago Deo meo, etc. » Circa primum, duo facit : primo, ponit necessitatem orationis ; secundo, ostendit quomodo in oratione plus valet donum prophetiæ, quam donum linguarum : « Nam, si orem lingua, etc. »

I^o Il dit donc : J'ai dit que le don des langues sans le don de prophétie n'est d'aucune utilité; « Donc, » puisque interpréter est un acte du don de prophétie au-dessus du don des langues, (v. 13) « que celui qui parle une langue, » inconnue ou étrangère, ou énonce quelque mystère caché, « demande, » à savoir à Dieu, « de l'interpréter, » c'est-à-dire que la grâce de l'interpréter lui soit donnée (Colos., iv, v. 3) : « Priant pour nous, afin que Dieu nous ouvre une entrée favorable pour prêcher. » La Glose explique autrement ces mots : « Qu'il prie. » Prier peut s'entendre de deux manières, savoir : supplier Dieu ou persuader; comme si l'Apôtre disait : « Que celui qui parle une langue prie, » c'est-à-dire persuade de telle sorte qu'il donne l'interprétation. La Glose donne ce sens au mot prier dans tout le chapitre; mais ce n'est point la pensée de l'Apôtre, qui l'entend de la supplication faite à Dieu.

II^o (v. 14) « Car si je prie en une langue qu'on n'entende pas, etc., » S. Paul établit ici que, dans la prière, le don de prophétie l'emporte sur le don des langues, et cela de deux manières : I. par une raison prise du côté de celui qui prie; II. par une autre, prise du côté de celui qui entend (v. 16) : « Si vous ne louez Dieu que du cœur, etc. »

I. Sur la première de ces raisons, l'Apôtre fait d'abord un raisonnement pour établir sa proposition; ensuite il prévient une objection (v. 15) : « Que ferai-je donc ? » — 1^o Sur la première de ces subdivisions, il faut se rappeler qu'il y a deux sortes de prière : l'une privée, quand on prie en particulier et pour soi; l'autre publique, quand on prie en présence du peuple et pour les autres. Or dans l'une et l'autre il peut arriver qu'on se serve du don des langues et du don de prophétie. L'Apôtre veut donc montrer que, dans l'une et

1^o Dicit ergo PRIMO : Dixi quod donum linguarum sine dono prophetiæ non valet, « Et ideo, » quia interpretari est actus prophetiæ quæ est excellentior, ille « qui loquitur lingua » ignota vel extranea, vel aliqua mysteria occulta, « orat, » sc. Deum, « ut interpretetur, » id est ut interpretandi gratia detur sibi (Colos., iv, v. 3) : « Orantes ut Deus aperiat ostium. » Glossa aliter exponit : « Oret; » orare enim dicitur dupliciter, sc. vel deprecari Deum, vel persuadere; quasi dicat : « Qui loquitur lingua, orat, » id est ita persuadeat, « ut interpretetur, » et sic accipit orare hic Glossa per totum capitulum; sed non est hæc intentio Apostoli, sed pro deprecatione ad Deum.

II^o « NAM, si oret, etc., » hic ostendit quod in orando plus valet prophetia quam donum linguarum, et hoc dupliciter : primo, ratione sumpta ex parte ipsius orantis; secundo, ratione sumpta ex parte audientis, ibi : « Cæterum, si benedixeris, etc. »

I. Circa primum, duo facit : primo, ponit rationem ad propositum ostendendum; secundo, remouet objectionem, ibi : « Quid ergo, etc. ? » — 1^o Circa primum, sciendum est quod duplex est ratio : una est privata, quando sc. quis orat in seipso et pro se; alia publica, quando quis orat coram populo et pro aliis; et in utraque contingit uti et dono linguarum et dono prophetiæ; et ideo vult ostendere quod in utraque plus

l'autre prière, le don de prophétie est préférable au don des langues. Et d'abord dans la prière privée, en disant que s'il y a un ignorant qui fasse sa prière en récitant un psaume ou le *Pater*, et qu'il ne comprenne point ce qu'il dit, cet ignorant prie de langue, et peu importe s'il prie avec les paroles qu'il a reçues du Saint-Esprit ou avec les paroles des autres. Mais si quelque autre prie et comprend ce qu'il dit, ce dernier prie et prophétise. Il est constant que celui qui prie et comprend profite plus que celui qui prie seulement de langue, c'est-à-dire qui ne comprend point ce qu'il dit; car celui qui comprend reçoit de la force et quant à l'affection et quant à l'intelligence; mais l'esprit de celui qui ne comprend pas ne retire aucun fruit qui puisse le fortifier. Donc, comme il est préférable de recevoir la nourriture spirituelle quant à l'affection et quant à l'intelligence, que quant à l'affection seulement, il demeure certain que dans la prière, le don de prophétie est préférable au don des langues seul. C'est ce que dit l'Apôtre : « Qu'il prie afin de recevoir le don d'interpréter; car (v. 14) si je prie de langue, » c'est-à-dire si en priant je fais usage du don des langues, en sorte que je profère des paroles que je ne comprenne point, alors « mon cœur, » c'est-à-dire l'Esprit-Saint qui m'a été donné, « prie, » en m'inclinant et en me portant à prier; et néanmoins, je ne suis pas sans mérite dans cette prière, parce que cette disposition même que produit en moi le Saint-Esprit est un mérite pour moi (Rom., viii, v. 26) : « Car nous ne savons pas ce que nous devons demander dans la prière, mais l'Esprit lui-même demande pour nous par des gémissements inénarrables. » Ou « Mon esprit, » c'est-à-dire ma raison, « prie, » c'est-à-dire me dicte comment j'exprimerai ce qui peut servir pour le bien soit avec mes propres paroles, soit avec celles des autres. Ou encore :

valet donum prophetiæ quam donum linguarum. Et primo, in oratione privata, dicens quod si sit aliquis idiota qui faciat orationem suam, dicens psalmum vel Pater noster, et non intelligat ea quæ dicit, iste orat lingua, et non refert utrum orat verbis sibi a Spiritu Sancto concessis, sive verbis aliorum. Et si sit alius qui orat et intelligit quæ dicit, hic quidem orat et prophetat : constat quod plus lucratur qui orat et intelligit, quam qui tantum lingua orat, qui sc. non intelligit quæ dicit; nam ille qui intelligit, reficitur et quantum ad intellectum et quantum ad affectum; sed mens ejus qui non intelligit, est sine fructu refectionis; unde et, cum melius sit refici quantum ad affectum et intellectum quam quantum ad affectum

solum, constat quod in oratione plus valet prophetiæ donum quam solum donum linguarum. Et hoc est quod dicit : Dico quod « Oret ut interpretetur; nam si orem lingua, » id est orando utro dono linguarum, ita quod proferam aliqua quæ non intelligo, tunc « spiritus meus, » id est Spiritus Sanctus mihi datus, « orat, » qui inclinat et movet me ad orandum; et nihilominus mereor in ipsa oratione, quia hoc ipsum quod moveor a Spiritu Sancto, est mihi meritum (Rom., viii, v. 26) : « Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus Sanctus postulare nos facit. » Vel : « Spiritus meus, » id est ratio mea, « orat, » id est dicat mihi quod ego loquar ea quæ ad bonum sunt, sive verbis propriis, sive aliorum sanctorum.

« Mon esprit, » c'est-à-dire mon imagination, « prie, » en tant que les noms ou les images des choses corporelles sont seulement dans cette faculté, sans que pour cela elles soient comprises par l'intelligence. C'est pourquoi l'Apôtre ajoute (v. 14) : « Mais mon intelligence demeure sans fruit, » parce qu'elle ne comprend pas. Donc, dans la prière, la prophétie ou l'interprétation est préférable au don des langues.

Mais lorsqu'on prie et que l'on ne comprend point ce que l'on dit, est-ce que l'on ne retire aucun fruit de la prière ?

Il faut répondre que le fruit de la prière est de deux sortes : le premier est le mérite qui en provient pour celui qui prie ; le second, la consolation spirituelle et la dévotion que l'on tire de la prière. Quant au fruit de la dévotion spirituelle, celui-là en est privé qui n'a point l'esprit aux paroles de la prière ou qui ne comprend point ; mais quant au fruit du mérite, on ne peut pas dire qu'il en soit privé, parce qu'alors un grand nombre de prières demeureraient sans fruit, puisque c'est à peine si l'homme peut dire un *Pater* sans que son esprit s'égare. Il faut donc dire que lorsque, dans la prière, on laisse l'esprit s'écarter des paroles que l'on profère, ou lorsque, dans une œuvre susceptible de mériter, on ne pense pas sans interruption, pendant toute la durée d'un acte, qu'on l'accomplit pour Dieu, on ne perd pas néanmoins la cause du mérite. La raison en est que, dans tous les actes méritoires dirigés vers une fin légitime, il n'est point exigé que l'intention de celui qui agit soit unie à la fin pour chaque acte en particulier, parce que la force première, qui détermine l'intention, domine dans l'acte tout entier, bien que dans une de ses circonstances particulières elle vienne à se détourner ; cette

Vel : « Spiritus meus, » id est virtus imaginativa, « orat, » in quantum voces seu similitudines corporalium sunt tantum in imaginatione absque hoc quod intelligentur ab intellectu ; et ideo subdit : « Mens autem mea, » id est intellectus meus, « sine fructu est, » quia non intelligit ; et ideo melius est in oratione prophetia seu interpretatio, quam donum linguarum.

Sed numquid, quandocumque quis orat et non intelligit quæ dicit, sit sine fructu orationis ?

Dicendum quod duplex est fructus orationis : unus fructus est meritum, quod homini provenit ; alius fructus est spiritualis consolatio et devotio concepta ex oratione. Et quantum ad fructum devotionis spiritualis privatur qui

non attendit ad ea quæ orat, seu non intelligit ; sed quantum ad fructum meriti, non est dicendum quod privetur : quia sic multe orationes essent sine merito, cum vix unum *Pater noster* potest homo dicere quin mens ad alia feratur. Et ideo dicendum est quod, quando orans aliquando divertit ab his quæ dicit, seu quando quis in uno opere meritorio non continue cogitat in quolibet actu quod facit hoc propter Deum, non perdit rationem meriti. Cujus ratio est quia in omnibus actibus meritoriis qui ordinantur ad finem rectum, non requiritur quod intentio agentis conjungatur fini secundum quemlibet actum : sed vis prima, quæ movet intentionem, manet in toto opere, etiam si aliquando in aliquo particulari

force rend l'acte entier méritoire, à moins qu'elle ne soit interrompue par une affection contraire, qui de la fin légitime détourne la volonté vers une autre fin. Il faut aussi remarquer qu'il y a trois sortes d'attention : la première s'applique aux paroles que l'on profère : cette attention est nuisible quelquefois, en tant qu'elle est un obstacle à la dévotion ; la seconde s'arrête au sens de ses paroles : elle est aussi nuisible, mais sans l'être beaucoup ; la troisième s'attache à la fin : celle-ci est la meilleure des trois ; elle est comme nécessaire. Cependant ce que S. Paul dit ici : « Mon intelligence demeure sans fruit, » doit être entendu de la réfection spirituelle.

2^e (v. 15) « Que ferai-je donc ? » On aurait pu objecter : puisque prier de langue c'est prier sans fruit pour l'intelligence, cependant si le cœur prie, est-il vrai qu'il demeure sans fruit ? L'Apôtre réfute cette objection, en disant qu'il faut prier de l'une et l'autre manière, et d'esprit et de cœur. L'homme, en effet, doit consacrer au service de Dieu tout ce qu'il a reçu de lui ; or il a de lui et le cœur et l'esprit ; il doit donc prier avec l'un et l'autre (*Eccli.*, XLVII, v. 10) : « Il a loué le Seigneur de tout son cœur, etc. » Voilà pourquoi l'Apôtre dit (v. 15) : « Je prierai de cœur, mais je prierai aussi avec intelligence ; je chanterai de cœur des cantiques, mais je chanterai aussi avec intelligence. » Il dit : « Je prierai et je chanterai, » parce que la prière se fait ou pour supplier Dieu, « je prierai, » ou pour publier ses louanges, « je chanterai, etc. » De ces deux formes de la prière, S. Jacques dit (v. 13) : « Quelqu'un de vous est-il dans la tristesse, qu'il prie ; est-il dans le calme, qu'il chante ; » et (*Ps.*, XLVI, v. 7) : « Chantez à la gloire de Dieu ; chantez, chantez à la gloire de notre Roi, chantez. » — « Je prierai donc d'esprit, » c'est-à-dire d'imagination ; « et de cœur, » c'est-à-dire de volonté.

divertat ; et hic prima vis facit totum opus meritorium, nisi interrumpatur per contrariam affectionem, quæ divertat a fine prædicto ad finem contrarium. Sed sciendum est quod triplex est attentio : una est ad verba quæ homo dicit, et hæc aliquando nocet, in quantum impedit devotionem ; alia est ad sensum verborum, et hæc nocet, non tamen est multum nociva ; tertia est ad finem, et hæc est melior et quasi necessaria. Tamen id quod dicit Apostolus : « Mens est sine fructu, » intelligitur de fructu refectionis.

2^e « Quid ergo est, etc. ? » Quia posset aliquis dicere ex quo orare lingua est sine fructu mentis, sed tamen spiritus orat, numquid ergo non est orandum spiritu ? Ideo Apostolus hoc removel,

dicens quod utroque modo orandum est, et spiritu et mente : quia homo debet servire Deo de omnibus quæ habet a Deo ; sed a Deo habet spiritum et mentem ; et ideo debet de utroque orare (*Eccli.*, XLVII, v. 10) : « De omni corde suo laudabit Dominum, etc. » Et ideo dicit : « Orabo spiritu, orabo et mente ; psallam spiritu, etc. » Et sic dicit : « Orabo et psallam, » quia oratio vel est ad deprecandum Deum, et sic dicit « orabo, » vel laudandum, et sic dicit « psallam. » De istis duobus (*Jac.*, v. 13) : « Tristatur quis in vobis, oret æquo animo, et psallat ; » (*Ps.*, XLVI, v. 7) : « Psallite Domino, etc. » — « Orabo ergo spiritu, » id est imaginatione, « et mente, » id est voluntate.

II. (v. 16) « Au reste, si vous ne louez Dieu que du cœur, » S. Paul montre ici que le don de prophétie est préférable au don des langues, même dans la prière publique, qui a lieu quand le prêtre prie au milieu des fidèles, et prononce certaines paroles, parmi lesquelles il en est qu'il comprend et d'autres qu'il ne comprend pas. Sur ceci l'Apôtre, 1^o fait un raisonnement; 2^o il le développe (v. 16) : « Comment répondra-t-il : Amen ? » 3^o il donne la preuve de ce qu'il avait supposé (v. 16) : « Puisqu'il n'entend pas ce que vous dites, etc. » — 1^o Il dit donc : J'ai établi que, dans la prière privée, le don de prophétie est préférable; « Au reste, » pour *mais*, dans la prière publique, il en est de même, car (v. 16) « Si vous ne louez, » c'est-à-dire si vous n'avez béni « Dieu que du cœur, » c'est-à-dire d'une langue inconnue, ou encore dans votre imagination et par l'impulsion de l'Esprit-Saint, « comment celui qui tient la place de l'homme simple ? » On appelle ainsi celui qui ne connaît pas d'autre langue que celle du pays où il est né, comme si S. Paul disait : qui dira ce que doit dire à ce moment l'homme simple, c'est-à-dire : Amen ? — 2^o (v. 16) : « Comment répondra-t-il à la fin de votre action de grâces ? » ce que la Glose explique ainsi : comment donnera-t-il son assentiment à la bénédiction que vous avez faite au nom de l'Eglise ? (*Isaïe*, LXV, v. 16) : « Celui qui sera béni en ce nom sur la terre sera béni du Dieu de vérité. Amen. » — « Amen » est la même chose que : qu'il en soit ainsi, ou : cela est vrai ; comme si l'Apôtre disait : s'il ne comprend point ce que vous dites, comment s'unira-t-il de sentiments à vos paroles ? On peut, il est vrai, s'unir ainsi, alors même qu'on ne comprend pas, mais d'une manière générale seulement, et non en particulier, parce qu'on ne peut alors entendre ce que vous dites de bien, mais seulement que vous rendez grâces.

II. « *Cæterum*, si benedixeris, etc., » hic secundo ostendit quod donum prophetiæ plus valet quam donum linguarum, etiam in oratione publica, quæ est quando sacerdos publice orat, ubi aliquando dicit quædam quæ non intelligit, aliquando aliqua quæ intelligit. Et circa hoc tria facit : primo, ponit rationem; secundo, exponit eam, ibi : « Quomodo dicit, etc. ? » tertio probat quod supposuerat, ibi : « Quoniam quid, etc. » — 1^o Dicit ergo : Dixi quod donum prophetiæ in oratione privata plus valet; « *Cæterum*, » pro *sed*, et in publica, quia « si benedixeris, » id est si benedictionem dederis, « spiritu, » id est in lingua quæ non intelligatur, seu imaginatione et motu a Spiritu Sancto, « quis supplet locum idiotæ ? »

Idiota proprie dicitur qui scit tantum linguam in qua natus est, quasi diceret : quis dicit illud quod debet dicere ibi idiota ? quod est dicere : « Amen. » — 2^o Et ideo dicit : « Quomodo dicit super tuam benedictionem ? » ubi Glossa exponit : id est quomodo consentiet benedictioni a te factæ in persona Ecclesiæ ? (*Is.*, LXV, v. 16) : « Qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo. Amen. » — « Amen » idem est quod fiat, vel verum est; quasi dicat : si non intelligit quæ dicis, quomodo conformabit se dictis tuis ? Potest quidem se conformare, etiam si non intelligat, sed in generali tantum, non in speciali, quia non potest intelligere quid boni dicas, nisi quod benedicas tantum.

Mais pourquoi les prières d'actions de grâces ne se font-elles pas en langue vulgaire ? le peuple les comprendrait et s'y associerait de sentiments.

Il faut répondre que ce fut peut-être l'usage dans la primitive Eglise ; mais, depuis que les fidèles sont instruits et comprennent ce qu'ils entendent dans l'office public, les prières d'actions de grâces se font en latin.

3^o L'Apôtre prouve ensuite pourquoi on ne peut dire : « Amen, » en disant (v. 17) : « Ce n'est pas que votre action de grâces ne soit bonne, » en ce sens que vous vous comprenez; « mais l'autre, » c'est-à-dire celui qui entend et ne comprend pas, « n'en est pas édifié, » car il ne comprend pas en particulier, bien qu'il comprenne d'une manière générale et reçoive l'édification (*Ephés.*, IV, v. 29) : « Que votre bouche ne profère aucune parole mauvaise ; mais que tout ce que vous direz soit apte à nourrir la foi. » Il est donc préférable non-seulement de rendre de vive voix ses actions de grâces, mais encore d'en donner l'interprétation et l'explication, bien qu'en rendant grâces on fasse une action bonne.

Sed quare non dantur benedictiones in vulgari, ut intelligantur a populo et conforment se magis eis ?

Dicendum est quod hoc forte fuit in Ecclesia primitiva; sed postquam fideles instructi sunt et sciunt quæ audiunt in communi officio, fiunt benedictiones in latino.

3^o Consequenter probat quare non potest dicere : « Amen, » cum dicit : « Nam tu quidem, » id est licet, « tu gratias

agas bene » Deo in quantum intelligis; « sed alter » qui audit et non intelligit « non ædificatur, » in quantum non intelligit in speciali, etsi in generali intelligat et ædificetur (*Ephes.*, IV, v. 29) : « Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad ædificationem fidei. » Et ideo melius est ut non solum lingua benedicat, sed etiam ut interpretetur et exponat, licet tu qui gratias agis, bene agas.

LEÇON IV^e (ch. XIV, w. 18 à 22).

SOMMAIRE. — L'Apôtre rend grâces du don des langues qu'il a reçu de Dieu, et se propose lui-même en exemple.

18. *Je loue mon Dieu de ce que je parle toutes les langues que vous parlez ;*

19. *Mais j'aimerais mieux ne dire dans l'église que cinq paroles dont j'aurais l'intelligence, pour en instruire aussi les autres, que d'en dire dix mille en une langue.*

20. *Mes frères, ne soyez point enfants pour n'avoir point de sagesse ; mais soyez enfants pour être sans malice, et soyez sages comme des hommes parfaits.*

21. *Il est dit dans l'Écriture : Je parlerai à ce peuple en des langues étrangères et inconnues ; et après cela même ils ne m'entendront point, dit le Seigneur.*

22. *Ainsi, les langues sont un signe non pour les fidèles, mais pour les infidèles ; et le don de prophétie, au contraire, n'est pas pour les infidèles, mais pour les fidèles.*

1^o S. Paul établit ici la prééminence du don de prophétie sur celui des langues, par des raisons tirées de sa conduite. A cet effet, I. il rend grâces pour le don des langues qu'il a reçu de Dieu ; II. il se propose en exemple aux Corinthiens (v. 19) : « Mais j'aimerais mieux ne dire dans l'église que cinq paroles. »

I. Il dit donc : « Je rends grâces, etc. » en d'autres termes ce n'est point que je méprise le don des langues quand je dis que le don de prophétie est plus excellent ; loin de là, car on doit l'estimer beaucoup ; aussi moi-même (v. 18) « Je rends grâces à Dieu, etc. » Il faut donc rendre grâces à Dieu de toutes choses (1^{re} Thess., v. 18) :

LECTIO IV.

Agit gratias de dono linguarum sibi a Deo dato, se eis in exemplum proponens.

18. *Gratias ago Deo meo quod omnium vestrum lingua loquor.*

19. *Sed in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, ut et alios instruam, quam decem millia verborum in lingua.*

20. *Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote ; sensibus autem perfecti estote.*

21. *In Lege enim scriptum est : Quoniam in aliis linguis et in labiis aliis loquar populo huic, et nec exaudient me, dicit Dominus.*

22. *Itaque linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus : prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus.*

1^o Hic ostendit Apostolus excellentiam doni prophetiæ ad donum linguarum per rationes sumptas ex parte sui ipsius. Et circa hoc duo facit : primo, agit gratias de dono linguarum sibi a Deo dato ; secundo, se eis in exemplum proponit ibi : « Sed in ecclesia volo, etc. »

I. Dicit ergo : « Gratias ago, etc. » quasi dicat : non ideo vilipendo donum linguarum, quia ego dico quod donum prophetiæ sit excellentius, sed debet charum habere : unde et ego « Gratias ago, etc. » Est ergo de omnibus gratias agendum (1^{re} Thess., v. 18) : « In om-

« Rendez grâces à Dieu en toutes choses, etc. » Ou encore : « Je rends grâces ; » comme s'il disait : je ne méprise point le don des langues parce qu'il ne m'aurait point été accordé ; au contraire, je l'ai moi-même ; c'est pourquoi il dit : « Je rends grâces, etc. » Et de peur que l'on ne vint à entendre que tous avaient l'usage d'une seule langue, il dit (v. 18) : « De ce que je parle toutes les langues que vous parlez » (Actes, II, v. 4) : « Ils commencèrent à parler diverses langues, etc. »

II. (v. 19) « J'aimerais mieux ne dire dans l'église que cinq paroles, etc. », S. Paul se cite lui-même en exemple ; comme s'il disait : si donc j'ai reçu le don des langues comme vous l'avez vous-mêmes, vous devez imiter ce que je fais ; « Or je veux, » c'est-à-dire j'aime mieux « ne dire dans l'église que cinq paroles, » en d'autres termes un petit nombre, « à mon sens, » c'est-à-dire selon mon intelligence, « en sorte que » je les comprenne et que je puisse les faire comprendre aux autres, « afin de les instruire, que d'en prononcer dix mille, » c'est-à-dire une multitude indéterminée, « dans une langue inconnue ; » ce qui est parler à l'intelligence, de quelque manière que ce soit, comme il a été expliqué plus haut. Quelques auteurs prétendent que S. Paul s'est servi du nombre « Cinq, » parce qu'il semble vouloir donner à entendre qu'il vaut mieux ne dire qu'une seule prière dont on aurait l'intelligence, que d'en dire un grand nombre qui ne seraient point comprises. En effet, suivant les grammairiens, pour donner un sens parfait, le discours doit avoir cinq termes, savoir : le sujet, l'attribut, le verbe, qui est l'intermédiaire, les déterminants du sujet et ceux de l'attribut. D'autres préfèrent ce sens : comme il faut parler avec intelligence si l'on veut instruire

nibus gratias agite, etc. » Vel : « Gratias ago, » quasi dicat : non ideo vilipendo donum linguarum, quasi eo carens, imo etiam ego habeo, et ideo dicit : « Gratias ago, etc. » Et ne intelligatur quod omnes loquerentur una lingua, dicit : « Quod omnium vestrum lingua loquor » (Act., II, v. 4) : « Loquebantur variis linguis apostoli, etc. »

II. « Sed in ecclesia, » hic ponit se in exemplum ; quasi dicat : si ego habeo donum linguarum sicut et vos, debetis facere illud quod facio ; « Sed ego volo, » id est magis volo, « loqui in ecclesia quinque, » id est pauca verba, sensu meo, id est intellectu, « ut » sc. ego intelligam et intelligar, « et » ex hoc

« instruam alios, quam decem millia, » id est quaecumque multitudinem « verborum in lingua ; » quod est loqui non ad intellectum quocumque modo fiat, ut supra expositum est. Dicunt quidam quod ideo dicit : « Quinque, » quia Apostolus videtur velle, quod magis velit dicere solum unam orationem ad intellectum, quam multas sine intellectu. Oratio autem secundum grammaticos ad hoc quod debeat facere perfectum sensum, debet habere quinque, sc. : subjectum, prædicatum, copulam verbalement, determinationem subjecti, et determinationem prædicati. Alii videtur melius quod, quia ad hoc loquendum est cum intellectu ut alii

les autres, l'Apôtre a dit « Cinq, » parce que le docteur doit enseigner cinq choses, savoir : ce qu'il faut croire (*Tite*, II, v. 15) : « Prêchez ces vérités, exhortez ; » ce qu'il faut pratiquer (*S. Matth.*, XXVIII, v. 19) : « Allez donc et enseignez, etc. ; » ce qu'il faut éviter, c'est-à-dire le péché (*Eccli.*, XXI, v. 2) : « Fuyez le péché comme l'aspect d'un serpent, etc. ; » et (*Isaïe*, LVIII, v. 1) : « Annoncez à mon peuple ses crimes ; » ce qu'il faut espérer, à savoir la récompense éternelle (1^{re} *S. Pierre*, I, v. 10) : « Ce salut que les prophètes ont désiré connaître ; » enfin, ce qu'il faut craindre, à savoir les châtiments éternels (*S. Matth.*, XXV, v. 41) : « Allez, maudits, au feu éternel ! »

II^e (v. 20) « Mes frères, ne soyez pas sans prudence, etc., » S. Paul établit la prééminence du don de prophétie sur celui des langues par des raisons prises du côté des infidèles. A cet effet, I. il provoque l'attention et rend attentif ; II. il argumente pour prouver sa proposition (v. 21) : « Il est dit dans l'Écriture, etc. »

I. Sur la première partie, l'Apôtre paraît enlever le palliatif d'une excuse à ceux qui enseignent quelques points vides et superficiels, comme pour faire croire qu'ils veulent vivre dans la simplicité, et que, pour cette raison, ils se mettent peu en peine des subtilités, qu'en réalité ils n'atteignent point, alléguant cette parole du Sauveur (*S. Matth.*, XVIII, v. 3) : « Si vous ne devenez comme des petits enfants, vous n'entrerez point dans le royaume des cieux. » Or S. Paul renverse cette excuse, lorsqu'il dit (v. 20) : « Mes frères, ne soyez point enfants pour n'avoir point de sagesse, » c'est-à-dire gardez-vous d'enseigner et de dire des choses puériles, inutiles, insensées (ci-dessus, XIII, v. 11) : « Quand j'étais enfant, je parlais en enfant. » Mais comment devez-vous devenir enfants ? par le sentiment et non par l'intelligence. C'est pourquoi l'Apôtre dit (v. 20) : « Mais soyez

doceantur, ideo ponit quinque, quia doctor debet quinque docere, sc. : credenda (*Tit.*, II, v. 15) : « Hæc loquere et exhortare, etc. ; » agenda (*Matth.*, XXVIII, v. 19) : « Euntes in mundum, etc. ; » vitanda, sc. peccata (*Eccli.*, XXI, v. 2) : « Quasi a facie colubri fuge, etc. ; » (*Is.*, LVIII, v. 1) : « Annuntia populo meo scelera, etc. ; » speranda, sc. mercedem æternam (1^{re} *Pet.*, I, v. 10) : « De qua salute exquisierunt, etc. ; » timenda, sc. penas æternas (*Matth.*, XXV, v. 41) : « Ite, maledicti, in ignem æternum, etc. ! »

II^e « FRATRES mei, nolite, etc., » hic ostendit excellentiam doni prophetiæ ad donum linguarum, rationibus sumptis ex parte infidelium. Et circa hoc duo facit : primo, excitat attentionem et reddit attentos ; secundo, ar-

guit ad propositum, ibi : « In Lege quid scriptum est ? »

I. Circa *primum* videtur Apostolus excludere pallium excusationis aliquorum, qui ideo docent quædam rudia et superficialia, quasi ostendant se volentes vivere in simplicitate, et ideo non curantes de subtilitatibus ad quas secundum rei veritatem non attingunt, habentes verbum Domini : ad hoc (*Matth.*, XVIII, v. 3) : « Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, etc. » Sed hoc Apostolus excludit, cum dicit : « Nolite pueri effici sensu, » id est nolite puerilla et inutilia, et stulta loqui et docere (*supra*, XIII, v. 11) : « Cum essem parvulus, etc. » Sed quomodo debetis effici pueri ? effectu, non intellectu ; et ideo dicit : « Sed malitia, »

sans malice. » Il faut se rappeler ici que les enfants n'ont pas la pensée du mal ; or c'est en ce sens que nous devons devenir petits ; ce qui fait dire à S. Paul (v. 20) : « Mais soyez, comme eux, sans malice. » Les enfants n'ont pas non plus la force de penser le bien, et ce n'est point ainsi que nous devons devenir enfants, mais plutôt être des hommes parfaits. C'est pour cette raison que l'Apôtre dit (v. 20) : « Mais ayez la prudence des hommes faits, » à savoir quant au discernement du bien d'avec le mal ; aussi est-il dit (*Hébr.*, v, v. 14) : « La nourriture solide est pour les parfaits, etc. » On ne loue donc pas en vous la simplicité qui est opposée à la prudence, mais celle qui est opposée à la ruse. Voilà pourquoi le Sauveur dit (*S. Matth.*, x, v. 16) : « Soyez prudents comme les serpents ; » et (*Rom.*, XVI, v. 19) : « Je désire que vous soyez sages dans le bien et ignorants dans le mal. »

II. Quand l'Apôtre ajoute (v. 21) : « Il est dit dans l'Écriture, » il tire un argument en faveur de sa proposition. Il faut remarquer ici que cet argument, comme on le voit dans la Glose, renferme plusieurs preuves ; mais S. Paul semble n'avoir en vue qu'une seule preuve. Pour prouver que le don de prophétie est plus excellent que le don des langues, voici le raisonnement de l'Apôtre : De deux choses qui concourent à la même fin, celle qui l'atteint plus sûrement est préférable à l'autre ; or le don de prophétie, comme celui des langues, a pour fin la conversion des infidèles ; mais la prophétie la peut procurer plus sûrement que le don des langues ; donc la prophétie est préférable au don des langues. Sur ce raisonnement, S. Paul montre d'abord à quelle fin est destiné le don des langues, et à quelle autre le don de prophétie ; ensuite, que le don de prophétie est d'une

Ubi sciendum est quod parvuli deficiunt in cogitando mala, et sic debemus effici parvuli ; et ideo dicit : « Sed malitia parvuli estote ; » et deficiunt in cogitando bona, et sic non debemus esse parvuli, imo viri perfecti. Et ideo dicit : « Sensibus autem perfecti, etc., » id est ad discretionem boni et mali, perfecti sitis ; unde (*Hebr.*, v, v. 14) : « Perfectorum est solidus cibus, etc. » Non ergo laudatur in vobis simplicitas quæ opponitur prudentiæ, sed simplicitas quæ astutiæ. Et ideo Dominus dicit (*Matth.*, x, v. 16) : « Estote prudentes sicut serpentes ; » (*Rom.*, XVI, v. 19) : « Volo vos sapientes esse in bono, simplices in malo. »

II. *Consequenter*, cum dicit : « In Lege quid scriptum est ? » arguit ad proposi-

tum. Ubi sciendum est quod hoc argumentum, sicut patet per Glossam, distinguitur per multa ; sed secundum intentionem Apostoli, non videtur quod attendatur in loco hoc, nisi una ratio. Et ratio sua ad probandum quod donum prophetiæ est excellentius quam donum linguarum, est talis : Omne quod plus valet ad illud ad quod alterum principaliter ordinatur, est melius illo altero ordinato ad hoc ; sed tam donum prophetiæ quam donum linguarum ordinatur ad conversionem infidelium ; sed prophetiæ plus valet ad hoc quam donum linguarum : ergo prophetia est melior. Circa hanc ergo rationem duo facit : primo, ostendit ad quid ordinatur donum linguarum, et ad quid ordinatur donum prophetiæ ; secundo, quod

plus grande utilité (v. 23) : « Si donc une Eglise étant assemblée, » Sur la première de ces questions, 1^o il cite une autorité; 2^o de cette autorité il argumente pour prouver sa proposition (v. 22) : « Ainsi les langues inconnues. »

1^o Sur le premier point, il faut observer que ce que dit l'Apôtre (v. 21) : « Il est dit dans l'Écriture, » peut se lire ou par interrogation, comme s'il disait : vous ne devez pas devenir enfants pour n'avoir point de sagesse, mais parfaits, et cette disposition, c'est voir et savoir la Loi. Si donc vous êtes parfaits quant à la sagesse, il vous faut savoir la Loi; et dans la Loi qu'est-il écrit sur les langues? qu'elles sont quelquefois inutiles pour la fin vers laquelle elles tendent; car bien que je parle en plusieurs langues au peuple juif, personne néanmoins ne m'entend, etc. On peut encore lire simplement : « Car il est écrit dans la Loi; » en d'autres termes, ne vous laissez point aller, ainsi que des enfants, à désirer une chose sans discerner si ce que vous désirez et préférez à un bien meilleur est bon ou moindre; mais soyez parfaits en sagesse, discernez entre ce qui est bien et ce qui est meilleur, et réglez ainsi vos affections. Vous vous conduirez ainsi, si vous réfléchissez « A ce qui est écrit dans la Loi (v. 21) : Je parlerai, etc. » (*Sag.*, vi, v. 16) : « Penser à la sagesse est une prudence consommée. » L'Apôtre dit : « Dans la Loi, » en ne prenant pas strictement ce terme de loi pour les cinq livres de Moïse seulement, dans le sens où il est dit (*S. Luc.*, xxiv, v. 44) : « Il fallait que tout ce qui a été écrit de moi dans la loi de Moïse, etc., » mais pour tout l'Ancien Testament, comme on l'entend en *S. Jean* (xv, v. 25) : « Afin que la parole qui est écrite dans leur loi soit accomplie,

plus valet donum prophetiæ, ibi : « Si ergo conveniat universa, etc. » Circa primum, duo facit : primo, inducit auctoritatem; secundo, ex auctoritate arguit ad propositum, ibi : « Itaque linguæ, etc. »

1^o Circa primum, sciendum est quod hoc quod dicit : « In Lege quid scriptum est? » potest legi vel interrogative, quasi dicat : non debetis effici pueri sensibus, sed perfecti, et hoc est videre et scire Legem. Unde, si estis perfecti sensibus, sciatis sc. Legem, et in Lege quid scriptum est de linguis? quæ sunt inutiles aliquando ad id ad quod ordinatæ sunt, quia, licet in diversis linguis loquar, sc. populo Judæorum, tamen homo non exaudit, etc. Potest etiam legi remissive : « In Lege quid scriptum

est? » quasi dicat : nolite moveri sicut pueri ad aliquid appetendum, non discernentes utrum bonum vel minus bonum sit quod affectatis et præponatis meliori bono; sed estote perfecti sensibus, discernatis inter bona et magis bona, et sic affectetis; et hoc fit si cogitatis « Quid scriptum est in Lege : Quoniam in aliis, etc. » (*Sap.*, vi, v. 16) : « Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus. » Et dicit : « In Lege, » non accipiendo Legem strictè pro quinque libris Moysi tantum, sicut accipitur (*Luc.*, xxiv, v. 44) : « Necessè est impleri omnia quæ scripta sunt de me in Lege, etc. » ; sed pro toto Veteri Testamento, sicut accipitur (*Joan.*, xv, v. 25) : « Ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me

ils m'ont haï sans motif, » paroles qu'on voit au psaume cxix, v. 6. Toutefois le passage cité par l'Apôtre est tiré d'Isaïe (xxviii, v. 11), endroit où notre Vulgate dit : « Le Seigneur parlera d'une autre manière à ce peuple, il ne lui tiendra plus le même langage. » Voici donc ce qui est écrit (v. 21) : « Voilà qu'en d'autres langues, » c'est-à-dire dans les espèces diverses des langues, « et en différents langages, » c'est-à-dire dans des idiomes différents et avec des modes divers de prononciation, « je parlerai à ce peuple, » à savoir à la nation juive, parce que ce fut un signe spécialement donné pour la conversion du peuple juif; « et même après cela, ils ne m'écouteront point, dit le Seigneur, » car même après avoir vu des prodiges, ils n'ont pas cru (*Isaïe*, vi, v. 10) : « Aveuglez le cœur de ce peuple. » Mais pourquoi Dieu leur a-t-il donné des prodiges s'ils ne devaient pas se convertir?

Il y a deux raisons : la première, c'est que si tous ne se sont pas convertis, quelques-uns cependant l'ont fait, car « Dieu n'a point repoussé son peuple, etc. » ; la seconde raison, c'est que leur condamnation paraîtra plus juste quand leur méchanceté apparaîtra plus manifestement (*S. Jean*, xv, v. 22) : « Si je n'étais pas venu et que je ne leur eusse point parlé, etc. »

2^o Quand l'Apôtre ajoute (v. 22) : « Ainsi les langues inconnues, » il déduit du passage cité un argument en faveur de sa proposition, comme s'il disait : il est évident que le don des langues a été accordé « Non pas aux fidèles pour croire, » puisque déjà ils croient (*S. Jean*, iv, v. 42) : « Ce n'est déjà plus sur votre parole que nous croyons, » — « mais aux infidèles, » afin qu'ils se convertissent. Dans la Glose, on cite de *S. Ambroise* deux explications de ce passage, mais elles

gratis; » quod tamen (in *Ps.*, cxix, v. 6) scriptum est. Accipitur tamen hæc auctoritas ex *Isaia* (xxviii, v. 11), ubi littera nostra habet : « In loquela labii et lingua altera loquetur ad populum istum. » Hoc igitur scriptum est : « Quoniam in aliis linguis, » id est in diversis generibus linguarum, « et labiis, » id est in diversis idiomatibus, et modis pronuntiandi, « loquar populo huic, » sc. judaico, quia hoc signum specialiter fuit datum ad conversionem populi Judæorum; « nec sic exaudient, » quia sc. signis visis non crediderunt (*Is.*, vi, v. 10) : « Excæca cor populi hujus, etc. »

Sed quare Deus dedit eis signa si non debebant converti?

Ad hoc sunt duæ rationes : una ratio

est quia, licet non omnes conversi fuerint, tamen aliqui sunt conversi, eo quod « Non repellit Dominus plebem suam, etc. » Alia ratio est ut justior appareat eorum damnatio, dum manifestius apparet eorum nequitia (*Joan.*, xv, v. 22) : « Si non venissem et locutus eis non fuisset, etc. »

2^o Consequenter, cum dicit : « Itaque linguæ, etc. » ex inducta auctoritate argumentatur ad propositum, quasi dicat : ex hoc manifeste apparet quod donum linguarum datum est « Non fidelibus » ad credendum, quia jam credunt (*Joan.*, iv, v. 42) : « Non propter tuam loquelam, etc. » — « sed infidelibus, » ut convertantur. In Glosa autem ponuntur duæ expositiones Ambrosii hoc in loco, quæ non sunt litterales,

ne sont point selon la lettre. Dans la première on dit : De même que, dans l'Ancien Testament, j'ai parlé au peuple juif au moyen des langues, c'est-à-dire par des figures et par un langage articulé, en d'autres termes en promettant des biens temporels, ainsi, dans le Nouveau, je parlerai à ce peuple en d'autres langues, c'est-à-dire ouvertement et clairement, et dans un autre langage, à savoir spirituel, et cependant, même après cela, ils ne m'entendront pas, du moins la multitude ; (v. 22) « Les langues inconnues sont donc un signe non pour les fidèles, mais pour les infidèles, » c'est-à-dire pour manifester leur infidélité. Voici l'autre explication : « Dans d'autres langues, » c'est-à-dire je parlerai obscurément et en paraboles ; mais, parce qu'ils sont indignes, « ils ne m'écouteront point. » Enfin S. Paul fait voir pour quelle fin est accordé le don de prophétie, à savoir pour l'instruction des fidèles qui ont déjà la foi, et, par suite, que le don de prophétie n'est pas pour les infidèles, qui ne croient pas (*Isaïe*, LIII, v. 1) : « Seigneur, qui croira à notre parole ? » mais pour les fidèles, afin qu'ils croient et qu'ils s'instruisent (*Ezéch.*, III, v. 17) : « Fils de l'homme, je vous ai établi sentinelle dans la maison d'Israël, etc. ; » et (*Prov.*, XXIX, v. 18) : « Quand il n'y aura plus de prophétie, le peuple se dissipera. »

quarum una est ut dicatur : Sicut in Veteri Testamento locutus sum populo Judæorum per linguas, id est per figuras et per labia, id est promittendo bona temporalia, sic adhuc in Novo Testamento loquar huic populo in aliis linguis, id est aperte et clare, et aliis labiis, id est spiritualibus, nec tamen sic exaudient me, sc. quantum ad eorum multitudinem. « Itaque linguæ datæ sunt non infidelibus, sed fidelibus, » ad manifestandum sc. eorum infidelitatem. Alia est : « In aliis linguis, » id est obscure et parabolice

loquar, ut, quia sunt indigni, « non exaudient, » id est non intelligent. Consequenter ostendit ad quid ordinatur prophetia, sc. ad instructionem fidelium, qui jam credunt ; et ideo quod « Prophetiæ datæ sunt non infidelibus, » qui non credunt (*Is.*, LIII, v. 1) : « Domine, quis credidit auditui nostro ? » — « sed fidelibus, » ut credunt et instruantur (*Ezech.*, III, v. 17) : « Fili hominis, speculatorem dedi te, etc. ; » (*Prov.*, XXIX, v. 18) : « Cum defecerit prophetia, etc., dissipabitur populus. »

LEÇON V^e (ch. XIV, w. 23 à 26).

SOMMAIRE. — L'Apôtre explique les conséquences fâcheuses qui peuvent résulter pour les infidèles du don des langues, et le bien que peut opérer pour eux le don de prophétie.

23. *Que si, toute l'Eglise étant assemblée en un lieu, tous parlent diverses langues, et que des ignorants ou des infidèles entrent dans cette assemblée, ne diront-ils pas que vous êtes des insensés ?*

24. *Mais si tous prophétisent, et qu'un infidèle ou un ignorant entre dans votre assemblée, tous le convainquent, tous le jugent,*

25. *Le secret de son cœur est découvert ; de sorte que, se prosternant le visage contre terre, il adorera Dieu, rendant témoignage que Dieu est véritablement parmi vous.*

26. *Que faut-il donc, mes frères, que vous fassiez ? Si, lorsque vous êtes assemblés, l'un est inspiré de Dieu pour composer un cantique, l'autre pour instruire, un autre pour révéler les secrets de Dieu, un autre pour parler une langue, un autre pour l'interpréter, que tout se fasse pour l'édification.*

La Glose veut voir ici le commencement d'un autre raisonnement de l'Apôtre pour prouver sa proposition ; mais, ainsi qu'il a été dit, il n'y en a qu'un seul dont le principe est posé. Ce qui va suivre est comme le développement de la proposition intermédiaire du raisonnement même, à savoir que la prophétie est plus utile pour la fin vers laquelle est spécialement dirigé le don des langues. S. Paul fait voir deux choses : 1^o il fait ressortir ce qui manque au don des langues par rapport aux infidèles (v. 23) : « Si tous parlaient une langue

LECTIO V.

Inconveniens quod sequitur, quantum ad infideles, ex dono linguarum ostendit, et bonum quod ex dono prophetiæ, quantum ad eosdem.

23. *Si ergo conveniat universa Ecclesia in unum, et omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ et infideles, nonne dicent quod insanitis ?*

24. *Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus :*

25. *Occulta enim cordis ejus manifesta sunt, et ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians quod vere Deus in vobis sit.*

26. *Quid ergo est, fratres ? Cum convenitis, unusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet : omnia ad ædificationem fiant.*

Glossa vult quod hic incipiat alia ratio ad propositum ostendendum ; sed, secundum quod dictum est, non est nisi unum posita ratione, et est quasi manifestatio mediæ ipsius rationis, sc. quod prophetia plus valet ad illud ad quod specialiter ordinatur donum linguarum. Unde circa hoc duo facit : primo, ostendit inconveniens quod sequitur, quantum ad infideles, ex dono linguarum, ibi : « Si autem omnes linguis ; » secundo,

étrangère, etc., » II^o il montre les effets avantageux que produit le don de prophétie, même à l'égard des infidèles (v. 24) : « Mais si tous prophétisent, etc. »

I^o L'inconvénient qui résulte du don des langues séparé du don de prophétie, même en ce qui regarde les infidèles, c'est qu'on regarde comme dénués de sens ceux qui parlent avec le don des langues seulement, quand néanmoins ce don des langues a pour fin la conversion des infidèles, comme on l'a vu. C'est ce que dit l'Apôtre (v. 23) : « Que si tous parlent des langues étrangères, etc. ; » comme s'il disait : on voit clairement que le don des langues n'est point préférable à celui de prophétie ; car, (v. 23) « si l'on se réunit, » à savoir tous les fidèles, « en commun, » non-seulement de corps, mais d'esprit (*Actes*, iv, v. 32) : « La multitude de ceux qui croyaient n'avait qu'un cœur et qu'une âme, etc., » — « et si tous, » c'est-à-dire ceux qui sont réunis, « parlaient des langues, » à la lettre, des langues étrangères, ou parlaient de choses obscures et inconnues, et que pendant qu'ils discourent ainsi confusément, « il vienne à entrer un ignorant, » c'est-à-dire quelqu'un qui ne comprend que sa propre langue, « ou un infidèle, » pour lequel a été accordé le don des langues, « ne diront-ils pas » à ceux qui parlent ainsi : « Vous êtes des insensés ? » En effet, on regarde comme dépourvu de sens ce que l'on ne comprend pas ; que si la langue est comprise et que néanmoins ce qui est dit soit obscur, il est mal encore de ne point l'expliquer, parce que l'on pourra croire de vous, si vous parlez de choses mystérieuses, ce que l'on pense des Gentils, qui gardaient le secret sur ce qui se passait dans leurs cérémonies, à cause de l'ignominie de ces mystères. C'est là encore un manque de sens.

On objecte que parler les langues et parler selon la lettre, pour

ostendit bonum quod sequitur ex dono prophetiæ, etiam ad infideles, ibi : « Si autem omnes. »

I^o INCONVENIENS quod sequitur ex dono linguarum sine prophetia, etiam quantum ad infideles, est quia reputantur insani qui sic loquuntur solis linguis, cum tamen donum linguarum ordinetur ad conversionem infidelium, ut jam patet, et hoc est quod dicit : « Si autem omnes, etc. ; » quasi dicat : ex hoc patet quod linguæ non sunt præferendæ prophetiis, quia, « Si conveniant, » sc. omnes fideles, « in unum, » non solum corpore, sed etiam mente (*Act.*, iv, v. 32) : « Multitudinis credentium erat cor, etc. ; » — « et omnes, » qui jam convenerunt, « loquantur linguis, » ad

litteram extraneis, vel loquantur ignota et obscura, et dum sic confuse loquuntur « intret aliquis idiota, » id est qui non intelligit nisi linguam suam, « vel infidelis, » propter quem datæ sunt linguæ, « nonne dicent » his qui sic loquuntur : « quid insanitis ? » Quod enim non intelligitur, reputatur insanitio ; quod si intelligatur lingua, nihilominus quæ loquuntur sunt occulta, tamen malum est si non exponatur quia poterunt credere de vobis, si occulta loquimini, quæ creduntur de Gentilibus, qui occultabant ea quæ faciebant in ritu eorum, propter eorum turpitudinem. Et hæc etiam insanitio quædam est.

Contra : Idem est loqui linguis, et

celui qui est ignorant c'est la même chose ; or, tous parlant selon la lettre dans l'Eglise, puisque tout se dit en latin, il semble que l'un et l'autre soient également dépourvus de sens.

Il faut répondre que cette coutume pouvait être dénuée de sens dans l'Eglise primitive, parce que les fidèles étaient sans intelligence des cérémonies de l'Eglise ; ils ne savaient donc point ce qui se passait, à moins qu'on ne le leur expliquât ; mais maintenant tous sont instruits. Ainsi donc, bien que tout se dise en latin, les fidèles savent cependant ce qui se pratique dans l'Eglise.

II^o Lorsque l'Apôtre ajoute (v. 24) : « Mais si tous prophétisent, » il montre le bien qui résulte du don de prophétie. A cet effet, I. il expose le bien produit, par le don de prophétie, à l'égard des infidèles ; II. il indique comment il est produit (v. 25) : « Les secrets de son cœur sont découverts ; » III. il explique les fruits qui en proviennent (v. 25) : « Et se prosternant le visage contre terre, etc. »

I. S. Paul dit : Il est constant que le don des langues ne peut convaincre les infidèles ; « Or, » pour *mais*, « si les fidèles assemblés prophétisent, » c'est-à-dire « si tous » parlent de manière à être compris, en expliquant les Ecritures ou en interprétant les révélations qui leur ont été faites ; « si tous, » je ne dis pas à la fois, mais l'un après l'autre, « prophétisent » de cette manière, « et qu'il vienne à entrer, » à savoir dans l'église, « quelque ignorant, » c'est-à-dire un homme qui ne sait que sa langue maternelle, il en résulte un bien, parce qu'il « acquiert la conviction, » touchant quelque erreur dont on l'a fait apercevoir (*Jér.*, xxxi, v. 19) : « Après que vous m'avez ouvert les yeux..., j'ai été couvert de confusion, » — « il est convaincu

loqui litteraliter quantum ad idiotas : cum ergo omnes loquantur litteraliter in Ecclesia, quia omnia dicuntur in latino, videtur quod similiter sit insania.

Dicendum est ad hoc quod ideo erat insania in primitiva Ecclesia, quia erant rudes in ritu ecclesiastico. Unde nesciebant quæ fiebant ibi, nisi exponeretur eis. Modo vero omnes sunt instructi ; unde, licet in latino omnia dicantur, sciunt tamen illud quod fit in Ecclesia.

miner ce qu'il se propose. Il veut, dans cette partie, montrer que les morts ressusciteront, et dans la même substance que durant la vie. Il propose donc d'abord deux comparaisons; ensuite ils les adapte à son sujet (v. 42): « Ainsi en sera-t-il de la résurrection des morts, etc.; » enfin, il donne la preuve (v. 44): « S'il y a un corps animal, il y a aussi un corps spirituel, etc. » Sur la première subdivision, premièrement, il propose une comparaison d'un genre spécial; secondement, plusieurs autres de divers genres (v. 39): « Toute chair n'est pas la même chair, etc. » Sur cette première partie, il faut se rappeler que nous voyons dans une seule et même espèce un individu revêtir, quant à sa reproduction, des formes et des qualités diverses: le grain, par exemple, a, lorsqu'on le sème, une qualité et une forme différentes de celles qu'on lui voit lorsqu'il est en herbe. Par cette comparaison, l'Apôtre se propose d'expliquer les qualités des ressuscités. Pour y arriver, il fait trois choses: I. il compare l'ordre de la semence à la germination; II. les qualités différentes de la semence et de la germination (v. 36): « Ce que vous semez, etc.; » III. la cause des qualités dans la germination (v. 38): « Et Dieu donne à ce grain, etc. »

I. Il dit donc (v. 36): « Insensé, etc. » On objecte ce qu'on lit en S. Matthieu (v, v. 22): « Celui qui dira à son frère: racha, etc.; » et « Celui qui lui dira: insensé, sera condamné au feu de l'enfer. » Il faut répondre que le Sauveur défend de dire à son frère: racha, ou insensé, par colère et non par correction; or le motif qui fait dire à l'Apôtre: « Insensé! » c'est que cette objection contre la résurrection s'appuie sur les principes de la sagesse humaine, qui ne demeure sagesse qu'autant qu'elle est soumise à la sagesse divine; mais dès qu'elle s'éloigne de Dieu, elle se corrompt et perd le sens. Voilà

intendat. Intendit autem in ista parte Apostolus ostendere quod mortui resurgent, et quod erit eadem substantia. Ubi primo, ponit similitudines; secundo, adaptat, ibi: « Sic etiam resurrectio mortuorum, etc. » tertio, probat ibi: « Si est corpus animale, etc. » Circa primum duo facit: primo, proponit similitudines in una specie; secundo, in diversis speciebus, ibi: « Non omnis caro, eadem caro, etc. » Circa primum sciendum est quod videmus in una et eadem specie quod una res in via generationis habet diversas qualitates et formas, sicut granum aliam formam et qualitatem habet quando seminatur, aliam quando pullulat, aliam quando jam est in herba. Et ideo ex hac similitudine Apostolus intendit ostendere

qualitatem resurgentium. Unde circa hoc tria facit: primo, comparat ordinem seminationis ad pullulationem; secundo, differentiam qualitatis in semine et in pullulatione, ibi: « Tu quod seminas, etc. » tertio, causam qualitatis in pullulatione, ibi: « Deus autem, etc. »

I. Dicit ergo: « Insipiens, etc. » Sed contra (Matth., v, v. 22): « Qui dixerit fratri suo: racha, etc. » Dicendum quod Dominus prohibet dici fratri: *racha* seu *fatue*, ex ira non ex correctione. Causa autem quare dicit: « Insipiens, » est quia hæc obiectio contra resurrectionem procedit ex principiis humanæ sapientiæ, quæ tandiu est sapientia, quamdiu est subjecta sapientiæ divinæ; sed quando recedit a Deo, tunc vertitur

pourquoi, cette sagesse contredisant la sagesse divine, l'Apôtre l'appelle insensée, comme s'il disait: « Insensé! » est-ce que vous ne faites pas l'expérience tous les jours, vous-même, que « ce que vous semez » dans la terre « ne prend point vie, » c'est-à-dire n'entre point en végétation, « si auparavant il ne meurt, » c'est-à-dire s'il ne passe par la décomposition? (S. Jean, XII, v. 24): « Si le grain de blé ne meurt après qu'on l'a jeté en terre, il demeure seul. » L'Apôtre paraît tirer son point de comparaison de ceci, que quand le corps de l'homme est déposé dans le sépulcre, c'est comme si on le semait en terre, et quand il ressuscite, c'est comme une sorte de végétation. Aussi quelques auteurs ont pensé que la résurrection des corps se faisait naturellement, parce que S. Paul compare ici cette résurrection à la germination de la semence, qui se fait suivant les lois naturelles. Ils pensent donc que dans cette poussière déliée dans laquelle se résolvent les corps humains, il existe certaine vertu séminale et active qui opère la résurrection de ces corps. Mais cette opinion ne paraît pas conforme à la vérité, car la dissolution du corps humain en éléments se fait comme celle des autres corps composés; donc la poussière en laquelle les corps humains viennent se résoudre n'a pas d'autre propriété active que les autres poussières, qui n'ont assurément pas de vertu active pour la constitution du corps humain, propriété qu'on ne trouve que dans la liqueur séminale. Cependant il y a, entre la poussière en qui se résout le corps humain et les autres poussières, cette différence, d'après une disposition divine, que la première est destinée par la divine sagesse à servir de matière au renouvellement du corps humain. La cause active de la résurrection ne sera donc

in insipientiam; unde, cum contradicat sapientiæ divinæ, vocat eam insipientem. Quasi dicat: « Insipiens, » nonne quotidie experiris, « tu, » quia « quod seminas » in terra « non vivificatur, » id est vegetatur, « nisi prius moriatur, » id est putrescat? (Jean., XII, v. 24): « Nisi granum frumenti, etc. » Et hoc videtur Apostolus facere comparationem, quod, quando corpus hominis ponitur in sepulchro, in terra tunc est quædam seminatio; quando vero resurgit, tunc est quædam vivificatio. Unde ex hoc opinantur aliqui resurrectionem mortuorum esse naturalem, propter hoc quod Apostolus hic resurrectionem comparat pullulationi seminis, quæ est naturalis. Opinantur enim in pulveribus resolutis, in quos resol-

vuntur humana corpora, esse quasdam virtutes seminales activas ad corporum resurrectionem. Sed istud non videtur esse verum. Fit enim resolutio corporis humani in elementa, sicut et aliorum mixtorum corporum: unde pulveres in quos humana corpora resolvuntur, nullam aliam habent virtutem activam quam alii pulveres, in quibus constat non esse aliam virtutem activam ad corporis humani constitutionem, sed solum in semine hominis; differunt autem pulveres in quos humana corpora resolvuntur ab aliis pulveribus solum secundum ordinationem divinam, prout hujusmodi pulveres sunt ex divina sapientia ordinati, ut iterum ex eis humana corpora reintegrentur. Unde resurrectionis activa causa, solus

que Dieu seul, bien qu'il se serve pour l'opérer du ministère des anges, qui recueilleront cette poussière. Aussi S. Paul, expliquant plus loin le mode de la résurrection, l'attribue au son de la trompette, comme plus haut il l'a attribuée à la résurrection de Jésus-Christ; mais nulle part il ne la voit dans quelque propriété active qui existerait dans cette poussière. Il ne veut donc point prouver par cette comparaison que la résurrection soit naturelle, comme la germination opérée par la semence, mais il veut montrer par quelques exemples qu'il y a différence de qualités entre les corps de ceux qui meurent et de ceux qui ressuscitent; et d'abord parce que la qualité de la semence n'est pas celle de la germination, ainsi qu'on le verra manifestement dans la suite.

II. Car, lorsqu'il dit ensuite (v. 37): « Et ce que vous semez, etc., » il fait voir que la qualité de la semence n'est point la même que celle qu'on reconnaît à la germination, en disant (v. 37): « Et ce que vous semez n'est pas le corps même de la plante qui doit venir, » c'est-à-dire ce que vous semez n'est pas ce que le corps sera un jour. Il donne de suite l'explication, en ajoutant (v. 37): « Mais un grain nu, » par exemple « du blé, ou de quelque autre semence, » car on sème le grain nu; mais en germant il est orné de feuilles, d'épis et autres choses de ce genre. Semblablement, le corps humain aura, à la résurrection, des qualités différentes de celles qu'il a maintenant, comme il sera expliqué plus loin. Il y a cependant cette différence entre la résurrection du corps humain et la germination de la semence, que le corps humain ressuscitera numériquement le même, mais avec des qualités tout autres, ainsi que S. Paul le dit plus loin (v. 53): « Il faut que ce corps corruptible soit revêtu d'incorruptibi-

Deus erit, etsi ad hoc utatur ministerio angelorum, quantum ad pulverum collectionem. Propter quod Apostolus infra modum resurrectionis exponens, attribuit sonotubæ, et supra attribuit Christo resurgenti, non autem alicui virtuti activæ in pulveribus. Non ergo intendit hic probare Apostolus quod resurrectio sit naturalis, per quod hoc semen naturaliter pullulat, sed intendit hic manifestare per exempla quædam quod non sit eadem qualitas corporum resurgentium et corporum morientium; et primo, per hoc quod non est eadem qualitas seminis et pullulationis, ut ex sequentibus manifeste ostendetur.

II. Nam consequenter, cum dicit: « Et quod seminas, etc., » ostendit quali-

tatem seminis differentem esse a qualitate pullulationis, cum dicit: « Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, » id est non quale futurum est seminas. Quod exponens, subdit: « Sed nudum granum, puta tritici vel alicujus cæterorum, » sc. seminum, quia seminatur nudum semen, pullulat autem ornatum herba, et aristis et hujusmodi. Et similiter corpus humanum aliam qualitatem habebit in resurrectione quam nunc habet, ut infra exponetur. Est tamen differentia inter resurrectionem humani corporis et pullulationem seminis; nam surget idem corpus numero, sed habebit aliam qualitatem, sicut infra dicit Apostolus, quod « Oportet corruptibile hoc induere in-

lité. » Il est dit aussi au livre de Job (xix, v. 27): « Je le verrai moi-même, et non pas un autre. » Mais dans la germination, il n'y a ni les mêmes qualités, ni numériquement le même corps: le grain n'est le même que quant à l'espèce. Voilà pourquoi S. Paul, parlant de la germination, a dit (v. 37): « Ce n'est pas le corps même de la plante qui doit venir que vous semez, » donnant à entendre qu'il n'est pas le même quant au nombre. Ici l'œuvre de la nature est au-dessous de l'œuvre de Dieu; car la vertu de la nature peut bien reproduire le même corps quant à l'espèce, mais non quant au nombre; la puissance de Dieu, au contraire, se reproduit même quant au nombre. Ainsi donc, de ce qui précède on peut déduire la preuve que la résurrection en fait n'a rien d'impossible, comme l'insensé le soutenait, puisque si la nature, de ce qui est mort, peut reproduire le même corps quant à l'espèce, Dieu peut bien plus facilement restaurer le même corps quant au nombre. Ce que fait la nature, c'est Dieu qui le fait, car c'est de lui qu'elle tient la puissance de le faire.

III. S. Paul, indiquant ensuite les qualités de la germination, les attribue d'abord à Dieu, mais ensuite à l'action réglée de la nature. — 1^o Il dit donc d'abord (v. 38): « Et Dieu donne à ce grain un corps tel qu'il lui plaît, » c'est-à-dire c'est un effet de la disposition divine que de telle semence naisse telle plante, laquelle est comme le corps de cette semence; car le fruit dernier de la plante, c'est la semence. S. Paul attribue ce résultat à une disposition de Dieu, parce que toute opération de la nature est l'opération de Dieu, suivant ce qui a été dit au chapitre XII, v. 6: « Il n'y a qu'un même Dieu qui opère tout en tous. » On peut expliquer ainsi ce verset: Il est manifeste que les choses naturelles, dépourvues d'intelligence, font leur œuvre pour

corruptionem. » Et (Job, xix, v. 27) dicitur: « Quem visurus sum ego ipse, et non alius. » Sed in pullulatione, nec est eadem qualitas, nec idem corpus numero, sed solum idem specie. Et ideo signanter Apostolus de pullulatione loquens, dicit: « Non corpus quod futurum est, seminas, » dans intelligere quod non sit idem numero. Et in hoc opus naturæ deficit ab opere Dei; nam virtus naturæ reparat idem specie, sed non idem numero. Et sic etiam ex hoc quod hic dicitur, potest sumi probatio ad hoc quod resurrectionem futuram fieri non est impossibile, sicut insipiens objiciebat, quia, si natura ex eo quod mortuum est, potest reparare idem specie, multo magis Deus potest reparare idem numero: quia ex hoc ipsum

quod natura facit, opus Dei est. Habet enim hæc natura a Deo quod hoc facere possit.

III. Et ideo consequenter describens qualitatem pullulationis, attribuit eam, primum quidem Deo; secundo, proportioni naturæ. — 1^o Dicit autem primo: « Deus autem dat illi corpus sicut vult, » quia sc. ex ordinatione divinæ voluntatis procedit, quod ex tali semine talis planta producat, quæ quidem planta est quasi corpus seminis. Ultimus enim fructus plantæ est semen. Et hoc ideo attribuit operationi divinæ, quia omnis operatio naturæ est operatio Dei, secundum illud (supra, XII, v. 6): « Idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. » Et hoc sic potest considerari. Manifestum est enim quod res naturales absque

une fin déterminée ; autrement elles n'atteindraient point la même fin, ni toujours, ni même en majeure partie. Il est également manifeste qu'aucun être privé de raison, s'il n'est dirigé par un autre être intelligent, ne tend à une fin certaine : ainsi la flèche ne se dirige vers le but fixé qu'autant que celui qui lui imprime l'impulsion l'a voulu. De même donc qu'en voyant une flèche tendre directement vers un but déterminé on reconnaît aussitôt qu'une main la dirige, bien qu'on ne voie point cette main, ainsi, quand nous voyons les êtres naturels privés de raison tendre à des fins invariables, nous pouvons constater avec certitude que leur action se fait d'après une volonté qui les conduit : cette volonté, nous l'appelons Dieu. Aussi S. Paul dit que Dieu donne à la semence un corps, c'est-à-dire produit de la semence la plante, comme il le veut. — 2^o Toutefois, pour qu'on ne croie point que ces effets naturels proviennent uniquement de la volonté de Dieu sans aucune opération ou relation de la nature, l'Apôtre ajoute (v. 38) : « Et à chaque semence, le corps qui lui est propre ; » par exemple, de la semence de l'olive naît l'olivier, et de la semence du froment naît le froment. C'est de là qu'il est dit (*Gen.*, 1, v. 11) : « Que la terre produise les plantes verdoyantes avec leur semence, les arbres, etc., chacun selon son espèce, etc. » Ainsi donc, à la résurrection, le corps ressuscitera avec d'autres qualités, proportionnées toutefois aux mérites acquis au moment de la mort.

cognitione operantur ad finem determinatum, alioquin non semper vel in majori parte eundem finem consequerentur. Manifestum est etiam quod nulla res cognitione carens in certum finem tendit, nisi directa ab aliquo cognoscente, sicut sagitta tendit ad certum signum ex directione sagittantis. Sicut ergo, si aliquis videret sagittam directe tendere ad certum signum, quamvis sagittantem non videret, cognosceret statim quod dirigeretur a sagittante : ita, cum videamus res naturales absque cognitione tendere ad certos fines, possumus pro certo cognoscere quod operantur ex voluntate alicujus dirigentis, quem dicimus Deum.

Et sic dicit Apostolus quod Deus dat semini corpus, id est ex semine producit plantam sicut vult. — 2^o Sed rursus, ne aliquis crederet hujusmodi naturales effectus ex sola Dei voluntate provenire absque operatione et proportionem naturæ, subjungit : « Et unicuique seminum proprium corpus, » puta ex semine olivæ generatur oliva, et ex semine tritici generatur triticum. Unde et (*Gen.*, 1, v. 11) : « Germinet terra herbam virentem et facientem semen juxta genus suum. » Sic ergo et in resurrectione erit alia qualitas corporis resurgentis, quæ tamen proportionabitur meritis morientis.

LEÇON VI^e (ch. XV, w. 39 à 44).

SOMMAIRE.—L'Apôtre explique par la diversité des corps, soit célestes, soit matériels, les qualités diverses des corps ressuscités.

39. *Toute chair n'est pas la même chair ; mais autre est la chair des hommes, autre la chair des bêtes, autre celle des oiseaux, autre celle des poissons ;*

40. *Car il y a des corps célestes et des corps terrestres ; mais les corps célestes ont un autre éclat que les corps terrestres :*

41. *Le soleil a son éclat, la lune le sien et les étoiles le leur ; et entre les étoiles, l'une est plus éclatante que l'autre.*

42. *Il en sera de même dans la résurrection des morts. Le corps, comme une semence, est maintenant mis en terre plein de corruption, et il ressuscitera incorruptible ;*

43. *Il est semé tout difforme, et il ressuscitera tout glorieux ; il est semé dans l'infirmité, et il ressuscitera plein de vigueur ;*

44. *Il est semé corps animal, et il ressuscitera corps spirituel.....*

1^o S. Paul donne ici un exemple de la diversité des qualités des corps ressuscités ; il le prend dans diverses espèces d'éléments. Et d'abord il compare les corps célestes aux corps terrestres, ensuite les corps terrestres aux corps célestes (v. 40) : « Il y a aussi des corps célestes ; » enfin les corps célestes entre eux (v. 41) : « Le soleil a son éclat, etc. »

1. On pouvait dire, en effet : Comment est-il possible que les morts reprennent et leur chair et leur corps s'ils ne doivent point avoir les mêmes qualités corporelles ? L'Apôtre, pour répondre à cette difficulté,

LECTIO VI.

Corporum resurgentium diversa qualitas aperitur ex diversitate corporum tum animalium, tum globorum celestium.

39. *Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrium, alia autem piscium.*

40. *Et corpora celestia, et corpora terrestria ; sed alia quidem celestium gloria, alia autem terrestrium :*

41. *Alia claritas solis, alia claritas lune, et alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate :*

42. *Sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione ;*

43. *Seminatur in ignobilitate, surget in gloria ; seminatur in infirmitate, surget in virtute ;*

44. *Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale.....*

1^o Hic Apostolus ponit exemplum de diversitate qualitatis corporis resurgentis in diversis speciebus. Et primo, comparando celestia ad terrestria ; secundo, terrestria ad celestia, ibi : « Sunt corpora celestia, etc. ; » tertio, corpora celestia ad invicem, ibi : « Alia claritas, etc. »

1. Quia posset aliquis dicere : Quomodo est possibile quod mortui resumant corpus et carnem si non sint habituri eandem corporis qualitatem, ideo, ad hoc excludendum, introducit diversas

expose les qualités diverses du corps et de la chair, afin qu'il soit ainsi manifeste qu'il n'est point nécessaire, en supposant la modification des qualités, qu'on ne reprenne pas le même corps ou la même chair. Il dit d'abord (v. 39) : « Toute chair n'est pas la même chair, » quant à la forme, « mais autre est la chair des hommes, autre la chair des bêtes, celle des poissons ou des oiseaux. » Semblablement, autre est la chair de celui qui meurt, autre la chair de celui qui ressuscite. Mais, de même que l'exemple cité plus haut de la semence et de la germination était défectueux en ce que, dans la semence et la germination, le corps n'est point numériquement le même et n'a point les mêmes qualités, ces derniers exemples sont également défectueux, parce que l'espèce et les qualités ne sont pas les mêmes. Mais la chair de celui qui ressuscite est la même, quant à l'espèce, que la chair de celui qui meurt; toutefois elle en différera quant aux qualités. Car le corps ressuscité sera sans doute de même nature que le corps mortel, mais il sera revêtu d'une gloire différente, comme S. Grégoire le dit du corps de Jésus-Christ. Que si cependant on voulait appliquer ce qui vient d'être dit aux états différents de ceux qui ressuscitent, on peut dire que par les hommes on entend les bons, qui vivent suivant la raison, selon ce passage d'Ezéchiel (xxxiv, v. 31) : « Mais vous, mes brebis, vous les brebis de mon troupeau, vous êtes des hommes; » par les bêtes, on entend les voluptueux, suivant cette parole (2^e S. Pierre, II, v. 12) : « Semblables à des animaux sans raison; » par les oiseaux, les superbes; par les poissons, les cupides, suivant ce passage du Psalmiste (viii, v. 9) : « Les oiseaux du ciel et les poissons de la mer, etc. »

II. S. Paul continue sa preuve en montrant la diversité des corps

qualitates corporis et carnis, ut sic manifestum sit quod non oportet, si non erit eadem qualitas, quod non resumatur idem corpus vel eadem caro. Dicit ergo primo quod « Non omnis caro est eadem caro, » secundum formam, « sed alia » est caro « hominum, alia piscium, alia pecorum, alia volucrum, etc. » Et similiter est alia morientis, et alia resurgentis. Sicut autem exemplum superius inductum de semine et pullulatione deficiebat in hoc quod in seminatione et pullulatione non est idem numero, nec eadem qualitates, ita hæc exempla deficiunt, quia in his exemplis nec est eadem species, nec eadem qualitas; sed caro hominis resurgentis est eadem secundum speciem cum carne

morientis, sed tamen erit alia secundum qualitatem. Erit enim ejusdem naturæ, sed alterius gloriæ, ut Gregorius de corpore Christi dicit. Si quis autem hæc quæ dicta sunt ad diversum statum resurgentium referre vellet, posset dici quod per homines intelliguntur boni secundum rationem viventes, secundum illud (Ezech., xxxiv, v. 31) : « Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ, homines estis. » Per pecora vero intelliguntur luxuriosi, secundum illud (2^a Pet., II, v. 12) : « Hi vero velut irrationabilia pecora, etc. » Per volucres, superbi; per pisces, cupidi, secundum illud (Ps., viii, v. 9) : « Volucres cæli et pisces maris, etc. »

II. Ad idem autem introducit diver-

célestes et des corps terrestres, quand il ajoute (v. 40) : « Il y a aussi des corps célestes, » comme le soleil, la lune et d'autres semblables, « et des corps terrestres, » comme le feu, l'eau, etc.; « mais autre est la gloire, » c'est-à-dire la beauté et l'éclat, « des corps célestes, autre celle des corps terrestres » (Eccli., xliii, v. 1) : « L'ornement du ciel, c'est la gloire des étoiles. » On peut, par les corps célestes, entendre les contemplatifs (Philip., III, v. 20) : « Pour nous, nous vivons déjà dans le ciel; » par les corps terrestres, ceux qui pratiquent la vie active et s'occupent des choses terrestres. C'est de là qu'il est dit à Marthe (S. Luc, x, v. 41) : « Marthe, vous vous troublez de beaucoup de choses. »

III. L'Apôtre rappelle ensuite les qualités diverses des corps célestes (v. 41) : « Le soleil a son éclat, la lune a le sien, et les étoiles le leur. » Semblablement donc, entre les étoiles il y a de la différence; « car l'une est plus brillante que l'autre. » On peut entendre, par le soleil, Jésus-Christ (Malachie, IV, v. 2) : « Et pour vous, qui craignez mon nom, se lèvera le soleil de justice, etc.; » par la lune, la bienheureuse Vierge, dont il est dit (Cant., VI, v. 9) : « Belle comme la lune; » par les étoiles, rangées chacune dans leur ordre, les autres saints (Juges, v, v. 20) : « La milice du ciel, semblable aux étoiles qui gardent leur rang, etc. »

II^e Quand l'Apôtre dit (v. 42) : « Il en est de même de la résurrection des morts, » il adapte à cette résurrection les exemples qu'il a cités. Il ne faut pas entendre, au sens littéral, que l'Apôtre s'exprime ainsi pour désigner dans les ressuscités la diversité de genre par ce qu'il vient de dire (v. 41) : « Entre les étoiles, l'une est plus brillante que l'autre; » mais ce passage, il le rapporte à tout ce qui précède,

sitatem cœlestium et terrestrium corporum, cum subdit : « Sunt corpora cœlestia, » ut sol et luna, et hujusmodi, « et sunt corpora terrestria, » ut ignis, aqua, etc.; « sed alia quidem est gloria, » id est pulchritudo et decor « cœlestium » corporum, « alia autem terrestrium » (Eccli., xliii, v. 1) : « Species cœli gloria stellarum. » Et possunt per cœlestia corpora intelligi contemplativi (Philip., III, v. 20) : « Nostra conversatio in cœlis est; » per terrestria, activi qui circa terrena occupantur; unde Marthæ dictum est : « Turbaris erga plurima » (Luc., x, v. 41).

III. Et ad idem ulterius introducit diversam qualitatem cœlestium corporum, cum dicit : « Alia claritas solis, etc. »

Similiter inter stellas est differentia : « Stella enim differt, etc. » Et potest intelligi per solem Christus (Malach., IV, v. 2) : « Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ, etc. » per lunam, beata Virgo, de qua (Cant., VI, v. 9) : « Pulchra ut luna; » per stellas ad invicem ordinatas, cœteri sancti (Jud., v, v. 20) : « Stellæ manentes in ordine suo, etc. »

II^e CONSEQUENTER, cum dicit : « Sic erit resurrectio mortuorum, » adaptat prædicta exempla ad resurrectionem mortuorum. Nec intelligendum est, quantum ad litteralem expositionem, quod Apostolus hoc dicat ad designandum in resurgentibus generis diversitatem, propter id quod præmiserat : « Stella differt, etc. » sed hoc refert ad

afin de montrer, par tout ce qu'il a exposé, que, de même que l'on trouve dans les êtres divers diverses qualités du corps, ainsi les qualités des corps ressuscités seront elles-mêmes différentes des qualités des corps mortels. C'est pourquoi il dit à la suite (v. 42) : « Le corps est semé dans la corruption, etc., » paroles où S. Paul prouve surtout qu'il y a différence entre les qualités du corps de celui qui meurt et du corps de celui qui ressuscite. Il traite ici d'abord du corps qui ressuscite glorieux, et dont les qualités propres sont appelées les prérogatives du corps glorifié. Ces qualités sont au nombre de quatre; l'Apôtre les indique ici :

I. L'impassibilité (v. 42) : « Le corps, » dit-il, « est semé dans la corruption, etc. » Bien que cette expression puisse s'entendre de l'origine première du corps et du principe de la génération, cependant il est plus convenable, dans la pensée de S. Paul, de rapporter ce terme « est semé » à la mort et à la sépulture, afin de répondre à ce qui est dit plus haut (v. 36) : « Ce que vous avez semé ne prend point vie s'il ne meurt auparavant; » car on appelle semer, la mort et la dissolution du corps; non pas qu'il y ait dans le corps privé de vie ou dans la poussière en laquelle il vient se résoudre quelque principe de résurrection, ainsi qu'il existe dans la semence une vertu active pour la génération, mais parce que c'est une disposition divine que le corps humain soit ainsi produit une seconde fois de lui-même. Donc, dit l'Apôtre, le corps humain, quand il est semé, en d'autres termes quand il meurt, est dans la corruption, c'est-à-dire est sujet, à raison de sa condition, à la corruption, suivant cette parole (*Rom.*, VIII, v. 10) : « Le corps est mort à cause du péché. » — (v. 42) : « Mais il ressus-

omnia præcedentia, ut ostendatur ex omnibus præmissis, quod, sicut in rebus inveniuntur diversæ qualitates corporum, ita erit diversa qualitas resurgentium a qualitate morientium. Unde sequitur : « Seminatur corpus, etc., » ubi Apostolus maxime ostendit aliam esse qualitatem corporis morientis et corporis resurgentis. Et agit hic de corpore resurgente glorioso, cujus propriæ qualitates dotes corporis gloriosi dicuntur. Quæ quidem sunt quatuor, quas hic Apostolus tangit :

I. *Primo* enim, tangit dotem impassibilitatis, cum dicit : « Seminatur in corruptione, etc. » Et quamvis seminatio accipi posset pro prima corporis origine, secundum quod generatur ex semine, tamen convenientius est secun-

dum intellectum Apostoli, ut seminatio referatur ad mortem et sepulturam, ut respondeat ei quod supra dictum est : « Quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur. » Dicitur autem mors et resolutio, seminatio, non quod in corpore mortuo vel in cineribus ex eo resolutis sit aliqua virtus ad resurrectionem, sicut est virtus activa in semine ad generationem, sed quia a Deo talis ordinatio est deputata, ut ex eo iterato reformetur corpus humanum. Sic igitur corpus humanum, quando seminatur, id est quando moritur, est in corruptione, id est secundum suam proprietatem est corruptioni subjectum, secundum illud (*Rom.*, VIII, v. 10) : « Corpus quidem mortuum est propter peccatum. » — « Sed resurget in incorruptione. »

citera incorruptible. » Il dit incorruptible non-seulement pour exclure la séparation de l'âme d'avec le corps, puisque les corps des réprouvés seront également incorruptibles, mais pour exclure la mort et toute souffrance nuisible soit du dedans, soit du dehors. C'est dans ce sens qu'on entend l'impassibilité du corps glorieux, suivant cette parole de l'Apocalypse (VII, v. 16) : « Ils n'auront plus désormais ni faim ni soif. »

II. L'Apôtre indique la seconde qualité, la clarté, en disant (v. 43) : « Il est semé dans l'ignominie, etc., » à savoir le corps, qui, avant et dans la mort, est sujet aux difformités et à mille misères, suivant cette parole (*Job*, XIV, v. 1) : « L'homme, né de la femme, vit peu de jours, et il est rassasié de misères, » mais (v. 43) « Il ressuscitera dans la gloire, » qui marque la clarté, comme S. Augustin le remarque (*sur S. Jean*); car les corps des saints seront revêtus de lumière et d'éclat, suivant cette parole (*S. Matth.*, XIII, v. 43) : « Alors les justes resplendiront comme le soleil dans le royaume de leur Père. »

III. Il indique, comme troisième qualité, l'agilité (v. 43) : « Il est semé dans la faiblesse, » à savoir le corps animal, qui, avant la mort, est plein d'infirmités et ne se mouvant que difficilement, à cause de sa pesanteur, sous l'impulsion de l'âme, suivant cette parole du livre de la Sagesse (IX, v. 15) : « Le corps qui se corrompt appesantit l'âme, etc. » Mais (v. 43) « Il ressuscitera dans la force, » c'est-à-dire que cette force qui lui sera communiquée le fera mouvoir par l'âme avec tant de facilité qu'elle n'y trouvera aucun obstacle pour ses mouvements : c'est la prérogative de l'agilité; car alors, dit S. Augustin, la facilité égalera la félicité. De là ce mot de la Sagesse (III, v. 7) parlant des justes : « Alors ils brilleront, ils étincelleront comme la flamme qui

Dicitur autem hic incorruptio non solum ad excludendum separationem animæ a corpore, quia hanc incorruptionem et corpora damnatorum habebunt, sed ad excludendum tam mortem quam quamlibet noxiam passionem, sive ab interiori sive ab exteriori. Et quantum ad hoc intelligitur impassibilitas corporis gloriosi, secundum illud (*Apoc.*, VII, v. 16) : « Non esurient, neque sitient amplius, etc. »

II. *Secundo*, tangit dotem claritatis, cum dicit : « Seminatur in ignobilitate, » id est corpus, quod ante mortem et in morte est deformitatibus et miseriis multis subjectum, secundum illud (*Job*, XIV, v. 1) : « Homo, natus de muliere, etc.; » sed « resurget in gloria, » quæ claritatem significat, ut Augustinus

dicit (*super Joannem*). Erunt enim corpora sanctorum clara et fulgentia, secundum illud (*Matth.*, XIII, v. 43) : « Fulgebunt justi sicut sol, etc. »

III. *Tertio*, tangit dotem agilitatis, cum dicit : « Seminatur in infirmitate, » id est corpus animale, quod ante mortem est infirmum et tardum, et ab anima non facile mobile, secundum illud (*Sap.*, IX, v. 15) : « Corpus quod corrumpitur aggravat animam. » Sed « Surget in virtute, » quia sc. fiet ut ex tanta virtute ab anima moveri possit, ut in nullo difficultatem ad motum exhibeat; quod ad dotem agilitatis pertinet. Tanta enim erit ibi facilitas, quanta felicitas, ut Augustinus dicit. Unde dicitur (*Sap.*, III, v. 7) de justis : « Fulgebunt justi et tanquam scintillæ

court à travers les roseaux ; » et (*Is.*, XL, v. 3) : « Ceux qui espèrent au Seigneur trouveront des forces nouvelles ; ils prendront des ailes comme l'aigle. »

IV. S. Paul indique, en quatrième lieu, la prérogative de la subtilité, lorsqu'il dit (v. 44) : « Il est semé dans le corps animal, etc. » Quelques auteurs ont voulu expliquer ces paroles en ce sens que cette qualité communiquera au corps glorieux la propriété de pouvoir se tenir dans un même lieu avec son corps non glorieux. Cette opinion pourrait, à la vérité, se soutenir, si, dans l'état présent, une propriété du corps était de ne pouvoir pas demeurer simultanément dans le même lieu avec un autre corps, à raison de quelque accident particulier que l'on pourrait séparer du corps ; mais, dans l'état dont nous parlons, à examiner les choses avec soin, le corps n'a, sous ce rapport, rien de particulier, si ce n'est en tant qu'il a des dimensions corporelles. Aussi voyons-nous que les corps, tout subtils qu'ils soient, ne peuvent souffrir avec eux d'autres corps, comme on peut s'en convaincre à l'égard de l'air et du feu. De plus, si les corps, comme quelques-uns l'ont supposé, étaient complètement séparés de la matière, ils ne pourraient demeurer simultanément dans les mêmes lieux avec les corps naturels, comme l'a remarqué Aristote. Si donc les dimensions subsistent à l'égard de chaque corps, il est contre la nature du corps de demeurer simultanément avec un autre corps dans le même lieu ; et si cela arrive, ce ne peut être que par miracle. Aussi S. Augustin et S. Grégoire (*Hom. sur l'Ev.*, xxvi) attribuent-ils à un miracle que le corps de Jésus-Christ soit entré, les portes fermées, auprès des apôtres. Aucune puissance limitée ne peut, en effet, faire un miracle ; c'est un acte réservé à Dieu. Il demeure donc établi qu'un corps ne peut sub-

in arundinetis discurrunt ; » et (*Is.*, XL, v. 3) : « Qui sperant in Domino habebunt fortitudinem, assument pennas, etc. »

IV. *Quarto*, tangit dotem subtilitatis, cum dicit : « Seminatur corpus animale, etc. » Quam quidam ad hoc referre volunt quod corpori glorioso secundum hanc dotem competat, ut possit simul esse cum corpore non glorioso in eodem loco. Quod quidem sustineri posset si corpori secundum statum præsentem competeret, quod non posset simul cum alio corpore esse in eodem loco, secundum aliquid quod a corpore removeri posset. Nunc autem, si diligenter consideretur quod secundum hoc, nihil aliud corpori competit nisi secundum quod habet dimensiones corpo-

rales. Unde videmus corpora, quantumcumque subtilia, non compati secum alia corpora, ut patet in aere et in igne ; et ulterius, si essent corpora separata omnino absque materia, sicut quidam posuerunt, non possent simul cum corporibus naturalibus esse in eisdem locis, ut Philosophus dicit. Remanentibus igitur dimensionibus in quocumque corpore, est contra suam naturam quod sit cum alio corpore in eodem loco. Unde, si hoc aliquando contigit, erit ex miraculo. Propter quod Gregorius et Augustinus miraculo ascribunt quod corpus Christi ad discipulos januis clausis intravit. Nulla enim virtus terminata potest facere miraculum, hoc enim solius Dei est. Relinquitur ergo

sister simultanément avec un autre corps dans le même lieu, si ce n'est par une qualité ou prérogative du corps glorieux. On ne peut cependant nier qu'un corps glorieux ne puisse exister simultanément avec un autre corps dans le même lieu, puisque le corps de Jésus-Christ ressuscité entra auprès des apôtres, les portes étant fermées, et que nous espérons que notre propre corps, après la résurrection, sera réformé sur le modèle du corps de Jésus ressuscité. Mais de même que le corps de Jésus-Christ eut cette prérogative, non par une propriété inhérente à sa nature, mais par la puissance de la divinité qui lui était unie, ainsi le corps de chaque saint ne l'aura point non plus en vertu d'une qualité propre, mais par la puissance de la divinité existant en lui. C'est ainsi, et non par quelque propriété naturelle, qu'il fut donné au corps de S. Pierre de guérir, par son ombre même, les malades. Il faut donc dire que ce que l'Apôtre indique, en disant (v. 44) : « Il est semé corps animal, et il ressuscitera corps spirituel, » s'applique à la prérogative de la subtilité ; passage qui, étant pris à contre-sens par quelques auteurs, leur a fait dire que le corps, à la résurrection, sera transformé en esprit et deviendra semblable à l'air ou au vent, auquel on donne le nom d'esprit. Cette erreur est positivement réfutée par ce que Jésus-Christ dit aux apôtres (*S. Luc.*, xxiv, v. 39) : « Touchez et voyez, car un esprit n'a ni chair ni os, comme vous voyez que j'en ai. » Voilà aussi pourquoi l'Apôtre ne dit point que le corps ressuscitera esprit, mais spirituel. Donc, à la résurrection, il sera spirituel et non esprit, de la même manière qu'il est maintenant animal et non âme. Or, pour saisir cette différence, il faut remarquer que ce qui porte le nom d'âme et d'esprit est en nous une seule et même chose ; mais l'âme est ainsi appelée en tant qu'elle perfectionne le corps ; elle prend, dans un sens particulier, le nom d'esprit, quand

quod esse simul cum alio corpore in eodem loco non possit esse ex dote seu ex qualitate corporis gloriosi. Non tamen negandum est quin corpus gloriosum possit esse simul cum alio corpore in eodem loco, quia corpus Christi post resurrectionem intravit ad discipulos januis clausis, cui corpus nostrum in resurrectione conformandum speramus. Sed, sicut corpus Christi hoc habuit non ex proprietate corporis, sed ex virtute divinitatis unitæ, ita corpus cujuslibet alterius sancti hoc habebit non ex dote, sed ex virtute divinitatis existentis in eo. Per quem modum corpus Petri habuit quod ad umbram ejus sanarentur infirmi, non per aliquam proprietatem ipsius. Est ergo dicendum quod ad dotem subtilitatis

pertinet quod hic Apostolus tangit, dicens : « Seminatur corpus animale, surget spirituale. » Quod quidam male intelligentes, dixerunt quod corpus in resurrectione vertetur in spiritum, et erit simile aeri aut vento, qui spiritus dicitur. Quod maxime excluditur per illud quod ad apostolos dicitur (*Luc.*, xxiv, v. 39) : « Palpate et videte, quia spiritus, etc. » Unde et hic Apostolus non dicit quod resurgat spiritus, sed spirituale corpus. Ergo in resurrectione spirituale erit, non spiritus ; sicut nunc est animale, non anima. Ad horum autem differentiam cognoscendam considerandum est quod unum et idem in nobis est quod dicitur et anima et spiritus, sed anima dicitur secundum quod perficit corpus ; spiritus autem

on la considère par rapport à l'intelligence qui nous assimile aux substances spirituelles, suivant ce passage de l'épître aux Ephésiens (iv, v. 23) : « Renouvelez-vous selon l'esprit de votre âme. » Observez de plus que, dans l'âme, les puissances présentent une triple différence; car il en est dont les opérations sont dirigées vers le bien-être du corps : telles sont celles qui sont en rapport avec la génération, la nutrition, l'accroissement. Il en est d'autres qui se servent des organes du corps : telles sont toutes les puissances sensitives dont les actes n'ont pas directement pour but le corps, mais plutôt la perfection de l'âme. Il en est d'autres enfin qui ne se servent point des organes corporels, et qui ne sont pas non plus dirigées vers le bien-être du corps, mais plutôt vers le bien de l'âme : telles sont celles qui appartiennent à la partie intellectuelle. Les puissances de la première espèce appartiennent donc à l'âme, en tant qu'elle anime le corps; les secondes, en tant qu'elle est esprit; les troisièmes tiennent comme une sorte de milieu entre les premières et les secondes. Cependant, comme on doit estimer une puissance d'après son objet et sa fin, bien plus qu'à raison des instruments dont elle se sert, les puissances de la seconde espèce sont plus rapprochées de la troisième que de la première. Remarquez encore que, chaque chose existant à raison de son opération propre, le corps reçoit sa perfection de l'âme, afin d'être soumis aux opérations de cette dernière. Or, dans l'état présent, notre corps est soumis aux opérations de l'âme, en tant qu'âme, dans ce qui a rapport à la génération donnée ou reçue, à la nutrition, à l'accroissement, à l'affaiblissement. Quant aux opérations spirituelles de cette âme, bien que le corps y concoure dans un certain sens, il y

propre secundum mentem, secundum quam spiritualibus substantiis assimilamur, secundum illud (Ephes., iv, v. 23) : « Renovamini spiritu mentis vestræ. » Item considerandum est quod triplex est differentia potentiarum in anima : quædam enim potentiæ sunt quarum operationes ad bonum corporis ordinantur, sicut generativa, nutritiva et augmentativa. Quædam vero sunt quæ quidem corporeis organis utuntur, ut omnes potentiæ sensitivæ partis; sed earum actus ad corpus non ordinantur directe, sed magis ad perfectionem animæ. Quædam vero sunt potentiæ quæ neque utuntur corporeis organis, neque directe ad bonum corporis ordinantur, sed magis ad bonum animæ, sicut quæ pertinent ad intellectivam partem. Primæ ergo potentiæ pertinent

ad animam, in quantum animat corpus; secundæ vero maxime pertinent ad animam, in quantum est spiritus; tertiæ vero medio modo se habent inter utrasque : quia tamen iudicium de potentia aliqua magis debet sumi ex objecto et fine quam ex instrumento, ideo secundæ potentiæ magis se tenent cum tertiis quam cum primis. Item considerandum est quod, cum unaquæque res sit propter suam operationem, corpus ad hoc perficitur ab anima ut sit subjectum operationibus animæ. Nunc autem in statu isto corpus nostrum est subjectum operationibus quæ pertinent ad animam, in quantum est anima, prout generatur et generat, nutritur, crescit et decrescit. Quantum autem ad spirituales animæ operationes, corpus, licet aliquo modo subserviat, tamen multum impeditur

apporte cependant de nombreux empêchements, car « Le corps qui se corrompt appesantit l'âme, » dit la Sagesse (ix, v. 15). Mais, dans l'état de résurrection, les opérations animales cesseront par rapport au corps, parce qu'alors il n'y aura plus ni génération, ni accroissement, ni alimentation; et le corps, sans empêchement désormais et sans fatigue, servira, sans interruption aucune, aux opérations spirituelles de l'âme, suivant cette parole du Psalmiste (LXXXIII, v. 5) : « Bienheureux ceux qui demeurent dans votre maison, Seigneur, etc. ! » De même donc que notre corps est maintenant animal, ainsi sera-t-il alors spirituel. Or quelques-uns attribuent la cause de ces propriétés à la lumière, qu'ils disent être de la nature de la quintessence et entrer dans la composition du corps humain. Mais comme cette opinion est frivole et fabuleuse, à la suite de S. Augustin nous disons que ces propriétés procèdent de la vertu de l'âme glorifiée. S. Augustin, en effet, dit, dans sa lettre à Dioscore¹ : Dieu a fait l'âme d'une nature si excellente, que lorsqu'elle sera pleinement rassasiée de la béatitude promise aux saints à la fin des temps, on verra rejaillir même sur la nature inférieure, qui est le corps, non cette béatitude qui est une jouissance particulière à l'âme, mais la plénitude de la santé, c'est-à-dire la vigueur de l'incorruptibilité. Or on peut reconnaître que quatre avantages découlent de l'âme sur le corps, et avec d'autant plus de perfection qu'elle aura été plus vertueuse. Premièrement elle lui donne d'être, en sorte que, quand elle sera elle-même à son plus haut degré de perfection, elle lui donnera d'être spirituel. Secondement elle le conserve contre la corruption; aussi voyons-nous que

¹ « Tam potenti natura Deus fecit animam, ut ex ejus plenissima beatitudine quæ in fine temporum sanctis promittitur, redundet etiam in inferiorem naturam, quod est corpus, non beatitudo quæ fruentis et intelligentis est propria, sed plenitudo sanitatis, id est incorruptionis vigor. » (S. Augustinus, ad Dioscor., ep. CXV.)

tum affert, quia « Corpus quod corrumpitur aggravat animam, » ut dicitur (Sap., ix, v. 15). Sed in statu resurrectionis cessabunt operationes animales a corpore, quia non erit generatio, nec augmentum aut nutrimentum; sed corpus, absque aliquo impedimento et fatigatione, incessanter serviet animæ ad spirituales operationes ejus, secundum illud (Ps., LXXXIII, v. 5) : « Beati qui habitant in domo tua, Domine, etc. ! » Sicut ergo nunc est corpus nostrum animale, tunc vero erit spirituale. Causam autem harum proprietatum, quidam attribuunt luci, quam dicunt esse de natura quintessentiæ, et venire in compositionem humani corporis; quod, quia

frivolum est et fabulosum, sequentes Augustinum, dicimus quod procedunt ex virtute animæ glorificatæ. Dicit enim Augustinus (in epistola ad Dioscorum) : Tam potenti natura Deus fecit animam, ut ejus plenissima beatitudine quæ in fine temporum promittitur sanctis, redundet etiam in inferiorem naturam, quæ est corpus, non beatitudo, quæ fruentis est propria, sed plenitudo sanitatis, id est incorruptionis vigor. Videmus autem ex anima quatuor corpori provenire, et tanto perfectius quanto anima fuerit virtuosior. Primo quidem dat esse : unde, quando erit in summo perfectionis, dabit esse spirituale. Secundo, conservat a corruptione :

ceux qui sont d'une nature plus vigoureuse souffrent moins de la chaleur et du froid. Quand donc l'âme sera très-parfaite, elle conservera le corps entièrement impassible. Troisièmement elle lui communique la beauté et l'éclat; car ceux qui sont malades ou morts, par suite de la faiblesse des opérations de l'âme à l'égard du corps, deviennent pâles; l'âme donc, étant arrivée à sa perfection suprême, rendra le corps lumineux et éclatant. Quatrièmement elle lui donne le mouvement, et d'autant plus facilement que l'action de l'âme est plus puissante sur le corps; donc, quand l'âme sera au faite de sa perfection, elle donnera au corps l'agilité.

unde videmus homines quanto sunt fortiores naturæ, minus a calore et frigore pati. Cum ergo anima fuerit perfectissima, conservabit corpus omnino impassibile. Tertio, dat pulchritudinem et claritatem; infirmi enim et mortui, propter debilitatem operationis animæ in corpus, efficiuntur discolorati, et quando erit in summa perfectione, faciet corpus clarum et fulgidum. Quarto, dat motum, et tanto facilius quanto virtus animæ fuerit fortior supra corpus. Et ideo, quando erit in ultimo suæ perfectionis, dabit corpori agilitatem.

LEÇON VII^e (ch. XV, v. 44 à 50).

SOMMAIRE. — L'Apôtre prouve qu'il y a un corps spirituel, et il en conclut que le corps animal mis en terre ressuscitera spirituel.

44. ...Comme il y a un corps animal, il y a aussi un corps spirituel, selon qu'il est écrit :

45. Adam, le premier homme, a été créé avec une âme vivante, et le second Adam a été rempli d'un Esprit vivifiant.

46. Mais ce n'est pas le corps spirituel qui a été formé le premier; c'est le corps animal, et ensuite le spirituel.

47. Le premier homme est le terrestre, formé de la terre; et le second homme est le céleste, qui est du ciel.

48. Comme le premier homme a été terrestre, ses enfants sont aussi terrestres; et comme le second homme est céleste, ses enfants sont aussi célestes.

49. Comme donc nous avons porté l'image de l'homme terrestre, portons aussi l'image de l'homme céleste.

50. Or ce que je veux dire, mes frères, c'est que la chair et le sang ne peuvent posséder le royaume de Dieu, et que la corruption ne possèdera point cet héritage incorruptible.

S. Paul établit ici par la raison la différence des qualités des corps de ceux qui meurent et des corps de ceux qui ressuscitent, comme il l'a prouvée plus haut par des exemples. A cet effet, 1^o il énonce ce qu'il veut établir; 2^o il prouve ce qu'il a avancé (v. 44): « Selon qu'il est écrit. »

1^o Il dit donc: « J'ai dit que ce qui est semé corps animal ressus-

LECTIO VII.

Probat dari corpus spirituale; unde infert corpus animale seminatam spirituale resurgere.

44. ...Si est corpus animale, est et spirituale, sicut scriptum est:

45. Factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus homo Adam in Spiritum vivificantem.

46. Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale.

47. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis.

48. Qualis terrenus, tales et terreni, et qualis cælestis, tales et cælestes.

49. Igitur sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem cælestis.

50. Hoc autem dico, fratres, quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit.

Hic Apostolus differentiam qualitatis corporum morientium ad corpora resurgentium supra exemplis ostensam, ostendit ratione. Circa autem hoc duo facit: primo enim, præmittit quod probare intendit; secundo, præmissum probat, ibi: « Sicut scriptum est, etc. »

1^o Dicit ergo PRIMO: Dixi quod id quod seminatur animale, surget spiri-

citera corps spirituel. » Qu'il en doive être ainsi, c'est-à-dire qu'il existe un corps spirituel, je le prouve, parce que (v. 44) « S'il y a un corps animal, il y a aussi un corps spirituel. » S. Paul ne veut point ici tirer un argument en faveur de sa proposition, mais il le suppose, voulant prouver ce qu'il vient de dire : « S'il y a un corps animal, etc. » (*Eccli.*, xxxiii, v. 15) : « Considérez toutes les œuvres du Très-Haut, vous les trouverez ainsi deux à deux et opposées l'une à l'autre. »

II^o (v. 44) « Comme il est écrit, » il prouve ici sa proposition. Voici sa preuve : Il y a deux principes du genre humain : l'un de la vie naturelle, c'est-à-dire Adam ; l'autre, de la vie de la grâce, c'est-à-dire Jésus-Christ ; mais ce qui est animal dérive dans tous les hommes du premier principe, c'est-à-dire d'Adam ; il est donc incontestable que du second principe, c'est-à-dire de Jésus-Christ, dérivera bien plus certainement dans tous les hommes ce qui est spirituel. L'Apôtre prouve d'abord la première proposition de ce raisonnement, la diversité des principes ; ensuite la proposition intermédiaire, à savoir l'application de la comparaison des deux principes (v. 48) : « Comme le premier homme a été terrestre, etc. »

1. Sur la première proposition, 1^o il établit la différence des principes ; 2^o la relation de ces principes entre eux (v. 46) : « Mais ce n'est pas le corps spirituel qui a été formé le premier, etc. ; » 3^o il assigne l'ordre de raison (v. 47) : « Le premier homme est le terrestre, etc. »

lædatur mortale. Secundo, propter exigentiam divinæ justitiæ, ut sc. illi qui bona fecerunt seu mala in corpore, præmierentur vel puniantur etiam in ipsis corporibus. Tertio, propter conformitatem membrorum ad caput, ut, « Sicut Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vite ambulemus » (*Rom.*, vi, v. 4). Notandum autem quod ipsam incorruptionem seu immortalitatem assimilat vestimento, cum dicit « induere, » vestimentum enim adest vestito et abest, manente eadem numero substantia vestiti, ut per hoc ostendat quod corpora eadem numero resurgant; et iidem homines iidem numero erunt in statu incorruptionis et immortalitatis in quo

les mêmes que maintenant. Ces paroles de S. Paul réfutent donc l'erreur de ceux qui prétendent que les corps ne ressusciteront pas les mêmes quant au nombre, car il dit expressément : « Il faut que ce corruptible, etc., » c'est-à-dire le corps, puisque l'âme n'est pas accessible à la corruption. Elles détruisent encore l'erreur de ceux qui prétendent que les corps glorifiés ne seront pas les mêmes que ceux-ci, mais des corps célestes; sur ce mode de glorification, nous lisons un passage semblable (2^e *Cor.*, v, v. 4) : « Pendant que nous sommes dans ce corps, etc., nous gémissons comme sous un poids, parce que nous ne voulons pas être dépouillés, mais être revêtus par dessus, en sorte que ce qu'il y a de mortel soit absorbé par la vie; » (*Isaïe*, LII, v. 4) : « Parez-vous des vêtements de votre gloire, Jérusalem; » et encore (*Job*, XL, v. 5) : « Revêtez-vous d'éclat et de beauté, etc. »

On objecte qu'il paraît impossible que ce qui est corruptible revête l'incorruptibilité, c'est-à-dire que les corps ressuscitent numériquement les mêmes; car il est impossible que des êtres qui diffèrent de genre et d'espèce soient numériquement les mêmes, puisque le corruptible et l'incorruptible diffèrent non-seulement d'espèce, mais de genre. Il est donc impossible que les corps des ressuscités deviennent incorruptibles et restent les mêmes numériquement. En outre, suivant Aristote, il est impossible que ceux dont la substance a subi un mouvement en tant que corruptible soient rétablis les mêmes quant au nombre; ils ne peuvent être les mêmes que quant à l'espèce; or la substance des corps humains est corruptible : donc il est impossible qu'ils redeviennent les mêmes quant au nombre.

Il faut répondre d'abord au premier argument que tout être tire son genre et son espèce de sa nature, et non pas de ce qui est extrin-

sunt modo. Unde ex hoc excluditur error dicentium quod corpora non resurgent eadem numero. Unde signanter dicit : « Oportet corruptibile hoc, » sc. corpus, nam anima non est corruptibilis. Excluditur etiam error dicentium quod corpora glorificata non erunt eadem cum istis, sed cœlestia, et de isto modo simile habetur (2 *Cor.*, v, v. 4) : « Nam in hoc ingemiscimus, etc. » (*Is.*, LII, v. 4) : « Induere vestimentis gloriæ tuæ; » (*Job*, XL, v. 5) : « Circumdabit te decorem, etc. »

Sed contra hoc est quia videtur impossibile quod corruptibile hoc induat incorruptionem, id est quod corpora resurgant eadem numero, quia impos-

sibile est ea quæ differunt genere vel specie esse eadem numero; sed corruptibile et incorruptibile non solum differunt specie, sed genere : ergo impossibile est quod corpora resurgentium sint incorruptibilia, et remaneant eadem numero. Præterea Philosophus dicit quod impossibile est quod illa quorum substantia corruptibilis mota est, reintegrentur eadem numero, sed eadem specie; substantia autem corporum humanorum est corruptibilis : ergo impossibile est reintegrari eadem numero.

Respondeo : Dicendum est ad primum quod unumquodque consequitur genus et speciem ex sua natura, et non ex

sèque à cette nature. Voilà pourquoi nous disons que si la résurrection des corps devait se faire d'après les principes naturels de ces corps, il serait impossible que les corps ressuscitassent numériquement les mêmes. Mais nous soutenons que l'incorruptibilité des corps ressuscités leur adviendra d'un principe autre que la nature, à savoir de la gloire de l'âme : donc la béatitude et l'incorruptibilité de l'âme deviendront la source de la béatitude et de l'incorruptibilité des corps. Comme le libre arbitre, aujourd'hui qu'il se tourne vers le bien ou vers le mal, et alors qu'il deviendra immuable en se fixant à sa dernière fin, est, dans ces deux conditions, toujours de même nature et numériquement le même, ainsi le corps est le même numériquement et de même nature, maintenant qu'il est corruptible et quand, par le libre arbitre, il aura été revêtu de force et deviendra incorruptible par la gloire de l'âme. Il faut répondre, au second argument, que le raisonnement d'Aristote peut valoir contre ceux qui supposaient que, dans ce monde inférieur, tout procédait du mouvement des corps célestes, et qu'après le retour de la même révolution de ces corps supérieurs revenaient aussi, numériquement, les mêmes effets qui avaient été produits autrefois. C'est ainsi qu'ils disaient que le même Platon enseignerait encore à Athènes, et qu'il aurait et les mêmes écoles et les mêmes auditeurs qu'il avait eus autrefois. Aristote, argumentant contre eux, dit que le ciel reste numériquement le même, que le même soleil se meut au milieu des mêmes révolutions, et que cependant les effets qui en proviennent ne se reproduisent pas dans toute leur identité quant au nombre, mais seulement quant à l'espèce, et cela selon l'ordre de la nature. Nous disons donc par analogie que si les corps revêtaient l'incorruptibilité et se levaient des tombeaux selon les lois de la nature, ils ne ressusciteraient point les

aliquo extrinseco suæ naturæ, et ideo dico quod si resurrectio corporum futura esset ex principiis naturæ corporum, impossibile esset quod corpora resurgerent eadem numero. Sed dico quod incorruptio corporum resurgentium dabitur ab alio principio, quam a natura ipsorum corporum, sc. a gloria animæ, ex cujus beatitudine et incorruptione tota beatitudo et incorruptio corporum derivabitur. Sicut ergo ejusdem naturæ et idem numero est liberum arbitrium, modo dum est volubile ad utramque partem, et cum erit firmatum in fine ultimo, ita et ejusdem naturæ et idem numero erit corpus, quod modo est corruptibile, et tunc, quando per liberum arbitrium firmatum erit, per gloriam animæ erit incorruptibile. Ad

secundum dicendum quod ratio Philosophi procedit contra illos qui ponebant omnia in istis inferioribus causari ex motu corporum celestium, et quod, revolutis eisdem revolutionibus corporum superiorum, sequebantur idem effectus numero qui aliquando fuerant. Unde dicebant quod adhuc Plato idem numero leget Athenis, et quod habebit easdem scholas et eosdem auditores quod habuit. Et ideo Philosophus contra eosdem arguit quod, licet idem cælum numero et idem sol sit in eisdem revolutionibus, tamen effectus qui inde proveniunt non consequuntur identitatem numero, sed specie, et hoc secundum viam naturæ. Similiter dico quod si corpora induerent incorruptionem, et surgerent secundum viam naturæ, quod

mêmes quant au nombre, mais quant à l'espèce. Mais la réintégration et la résurrection, ainsi qu'il a été expliqué, étant opérées par la puissance divine, nous disons que les corps seront numériquement les mêmes, attendu que les principes qui constituent individuellement l'homme ne sont que ce corps et cette âme. Or dans la résurrection reparaîtront l'âme, toujours numériquement la même, puisqu'elle est incorruptible, et le corps identiquement le même, puisque la toute-puissance divine le reformera des mêmes poussières dans lesquelles il s'est dissous ; ce sera donc, au moment de la résurrection, numériquement le même homme. Nous ne nous occupons pas des formes intermédiaires, parce que nous ne supposons point dans l'homme une autre forme substantielle que l'âme raisonnable, qui donne au corps humain une nature sensible, végétative et raisonnable. Quant aux formes accidentelles, elles ne font point obstacle à l'identité numérique que nous supposons.

II^o Quand S. Paul dit ensuite (v. 54) : « Et après que ce corps de mort aura été revêtu d'immortalité, etc. », il confirme par une autorité ce qu'il vient d'établir.—I. Il cite cette autorité ; II. il en tire une triple conclusion (v. 55) : « O mort ! où est ta victoire ? »

I. Il dit donc : J'ai avancé « Qu'il fallait que ce corps corruptible fût revêtu d'incorruptibilité, etc. ; » mais (v. 54) « Après que ce corps de mort aura été revêtu d'immortalité, alors, c'est-à-dire dans la vie future, ce qui va contre ceux qui prétendent que la résurrection est faite déjà, (v. 54) « Cette parole de l'Écriture sera accomplie, » à savoir (v. 54) : « La mort a été absorbée dans la victoire. » Ce passage ne se trouve dans aucun livre de la Bible, selon la Vulgate, et si on le retrouve dans la version des Septante, on n'est pas certain de

non resurgerent eadem numero, sed eadem specie. Sed cum reintegratio et resurrectio, sicut dictum est, fiant virtute divina, dicimus quod corpora erunt eadem numero, cum neque principia individuanta hujus hominis sint aliud quam hæc anima et hoc corpus. In resurrectione autem redibit et anima eadem numero, cum sit incorruptibilis, et hoc corpus idem numero ex eisdem pulveribus in quibus resolutum fuit ex virtute divina reparatum ; sic erit idem homo numero resurgens. Nec facio vim in formis intermediis, quia non pono esse aliquam aliam formam substantialem in homine nisi animam rationalem, a qua habet corpus humanum quod sit animatum natura sensibili et vegetabili, et quod sit rationale. Formæ

vero accidentales nihil impediunt identitatem numeralem quam ponimus.

II^o CONSEQUENTER, cum dicit : « Cum autem corruptibile, etc. », confirmat quod dixerat per auctoritatem. Et circa hoc duo facit : primo, ponit auctoritatem ; secundo, ex ea concludit tria, ibi : « Ubi enim est, mors, etc. ? »

I. Dicit ergo primo : Dixi quod « Oportet corruptibile hoc induere, etc. » sed, « Cum mortale hoc induerit immortalitatem, tunc, » sc. in futuro, quod est contra illos qui dicunt jam resurrectionem factam, « fiet sermo qui scriptus, » sc. : « Absorpta est, etc. » Hoc secundum translationem nostram non invenitur in aliquo libro Bibliæ. Si tamen invenitur in translatione Septuaginta, non est certum unde sumptum

quel livre il a été tiré. On peut dire cependant qu'il est tiré d'Isaïe (xxvi, v. 19) : « Vos morts vivront, Seigneur, etc. » et (Isaïe, xxv, v. 8) : « Il précipitera la mort pour jamais. » Au chapitre XIII, v. 14, d'Osée, on lit aussi : « Je serai ta mort, ô mort ! » Les Septante disent : « La mort a été absorbée dans la victoire, » c'est-à-dire par la victoire de Jésus-Christ, et le passé est mis pour le futur, à cause de la certitude de la prophétie (1^{re} S. Pierre, III, v. 22) : « Jésus-Christ, maintenant à la droite de Dieu après avoir englouti la mort, afin que nous devinssions les héritiers de la vie éternelle, etc. »

II. Lorsqu'il ajoute (v. 55) : « O mort, où est ta victoire ? » S. Paul déduit une triple conclusion de l'autorité qu'il vient de citer : 1^o les railleries des saints à l'adresse de la mort ; 2^o des actions de grâces pour Dieu (v. 57) : « Mais grâces soient rendues à Dieu, etc. ; » et 3^o un avertissement aux Corinthiens (v. 58) : « C'est pourquoi, mes frères bien-aimés, etc. »

1^o Sur la première de ces conclusions, d'abord il exprime les railleries des saints ; ensuite il les explique (v. 56) : « Or l'aiguillon de la mort, c'est le péché, etc. » — A) L'Apôtre, rappelant donc la victoire de Jésus-Christ sur la mort, emporté pour ainsi dire par le tressaillement de sa joie, se met à la place de ceux qui ressuscitent, et s'écrie (v. 55) : « O mort, où est ta victoire ? » Ce passage ne se trouve nulle part dans la sainte Ecriture ; on ne sait si l'Apôtre le dit de lui-même ou s'il l'a pris d'ailleurs. Cependant, s'il l'avait tiré d'ailleurs, il semble que ce soit du ch. XIV d'Isaïe, v. 4 : « Qu'est devenu ce maître impitoyable ? comment ce tribut a-t-il cessé ? » Il dit donc : « O mort, où est ta victoire ? » c'est-à-dire la victoire de la corruption, de cette puissance avec laquelle tu opprimais le genre humain et triomphais de tous ? (2^o Rois, XIV, v. 14) : « Nous mourons tous, et nous nous écou-

lit. Potest tamen dici hoc esse sumptum ex *Isaia* (xxvi, v. 19) : « Vivent mortui, etc. » et (xxv, v. 8) : « Præcipitabit mortem in sempiternum ; » *Osæ* (xiii, v. 14), ubi nos habemus : « Ero mors tua, o mors. » Septuaginta habent : « Absorpta est mors in victoria, » id est propter victoriam Christi. Et ponit præteritum pro futuro propter certitudinem prophetiæ (1^{re} Pet., III, v. 22) : « Deglutienti mortem, etc. »

II. *Consequenter*, cum dicit : « Ubi est, mors, victoria tua, etc. ? » concludit tria ex præmissa auctoritate : insultationem sanctorum contra mortem ; gratiarum actiones ad Deum, ibi : « Deo autem gratias ; » et admonitionem suam Corinthiis, ibi : « Itaque, fratres mei, etc. »

1^o Circa primum duo facit : primo, ponit insultationem ; secundo, exponit, ibi : « Stimulus autem, etc. » — A) Loquens ergo Apostolus de victoria Christi contra mortem, quasi in quodam speciali gaudio positus, assumit personam virorum resurgentium, dicens : « Ubi est, mors, victoria tua ? » Hoc non invenitur in aliquo loco sacræ Scripturæ ; utrum autem ex se, vel aliunde habuerit hoc Apostolus incertum est. Si tamen aliunde accepisset, videtur accepisse de *Isaia* (xiv, v. 4) : « Quomodo cessavit exactor, quievit tributum, etc. ? » Dicit ergo : « Ubi est, mors, victoria tua, etc. ? » sc. corruptionis victoria tua, id est potentia qua totum humanum genus prosternerbas, de omnibus triumphabas ? (2^o Reg., XIV, v. 14) : « Omnes

lions sur la terre comme les eaux, qui ne retournent point, etc. ; » et (*Job*, XVIII, v. 14) : « La mort, comme un tyran, le foulait aux pieds, etc. »

B) « O mort, où est ton aiguillon ? » L'Apôtre explique immédiatement ce que c'est que cet aiguillon, en disant (v. 56) : « Or l'aiguillon de la mort, c'est le péché ; » exprimant ainsi deux choses : la première, par laquelle il explique ce qu'il vient de dire ; la seconde, par laquelle il répond à une objection (v. 56) : « Et la force du péché, c'est la Loi. » — a) Il faut observer que l'on peut appeler aiguillon de la mort ce qui conduit à la mort ou ce dont se sert la mort, autrement le coup qu'elle porte ; mais, au sens littéral, l'aiguillon de la mort, c'est ce qui pousse à la mort. Le péché, en effet, pousse et renverse l'homme dans la mort (*Rom.*, VI, v. 23) : « La solde du péché, c'est la mort ! » — b) Mais, parce que l'on aurait pu objecter que cet aiguillon est enlevé par la Loi, l'Apôtre répond aussitôt en ajoutant (v. 56) : « Mais la force, » c'est-à-dire ce qui aide le péché, « c'est la Loi ; » en d'autres termes, le péché n'a point été écarté par la Loi ; bien plus, la force du péché, c'est la Loi, c'est-à-dire la Loi lui prête son aide occasionnellement, non pas qu'elle conduisait au péché, mais elle lui donnait occasion et ne procurait point la grâce, en sorte que la convoitise n'en devenait que plus excitée au péché (*Rom.*, v, v. 20) : « La Loi est survenue pour donner lieu à l'abondance du péché ; » et encore (*Rom.*, VII, v. 8) : « Le péché, ayant pris occasion de la Loi, a produit en moi toutes sortes de mauvais desirs, etc. » Il y a encore un autre sens, mais qui n'est point littéral ; dans ce sens, on appelle aiguillon de la mort ce dont se sert la mort, et par la mort on entend le démon (*Apoc.*, VI, v. 8) : « Et son nom, c'est la mort, et l'enfer le suivait. » L'aiguillon de la mort serait donc la tentation du

morimur, etc. ; » (*Job*, XVIII, v. 14) : « Calcet super eum quasi rex interitus, etc. »

B) « Ubi est, mors, stimulus tuus ? » Quid autem sit stimulus consequenter exponit, dicens : « Stimulus autem, etc. » Unde duo ponit : unum, per quod exponit quod dixit ; aliud, per quod objectionem excludit, ibi : « Virtus peccati, etc. » — a) Sciendum est autem quod stimulus mortis potest dici vel stimulans ad mortem, vel quo utitur, seu quem facit mors ; sed literalis sensus est : stimulus mortis, id est stimulans ad mortem, quia homo per peccatum est impulsus et dejectus ad mortem (*Rom.*, VI, v. 23) : « Stipendia peccati mors, etc. » — b) Sed, quia aliquis posset objicere quod iste stimu-

lus est remotus per Legem, ideo consequenter hoc Apostolus excludit, subdens : « Virtus vero, » id est augmentum, « peccati Lex ; » quasi dicat : non est remotum peccatum per Legem, imo virtus peccati Lex, id est augmentum occasionaliter, sc. non quod induceret ad peccatum, sed in quantum dabat occasionem peccati et non conferebat gratiam, ex qua magis accendebatur concupiscentia ad peccandum (*Rom.*, v, v. 20) : « Lex subiintravit ut abundaret delictum ; » (*Rom.*, VII, v. 8) : « Occasione accepta, peccatum per mandatum, etc. » Est autem alius sensus, sed non literalis, ut stimulus mortis dicatur quo utitur mors. Et sic per mortem intelligitur diabolus (*Apoc.*, VI, v. 8) : « Nomen illi mors. » Et sic stimulus mortis

démon, et l'on appliquerait au démon tout ce qui est dit ici de la mort; ainsi porte la Glose. Ou « l'aiguillon de la mort, » c'est-à-dire fait par la mort, ou par la convoitise charnelle (*S. Jacq.*, I, v. 15) : « Quand la concupiscence a conçu, elle enfante le péché, et le péché consommé engendre la mort. » Car la convoitise attire d'abord ceux qui le veulent bien, comme on le voit par les intempérants; ensuite elle entraîne ceux qui résistent, comme dans les incontinents; puis la lutte s'affaiblit, comme dans les tempérants; enfin elle est totalement abattue, comme dans les bienheureux, auxquels il est donné de dire : « O mort, où est ton attaque, où est ta victoire? »

2^o Mais, parce que l'aiguillon de la mort est détruit non par la Loi, mais par la victoire de Jésus-Christ, c'est un devoir de rendre à Dieu des actions de grâces. C'est ce que dit S. Paul (v. 57) : « Mais grâces soient rendues à Dieu, qui nous a donné la victoire par Jésus-Christ Notre-Seigneur, » c'est-à-dire je rends, ou bien rendons ces actions de grâces à Dieu, qui nous a donné la victoire sur la mort et sur le péché par Jésus-Christ et non par la Loi (1^{re} *S. Jean*, v, v. 4) : « La victoire qui triomphe du monde, c'est notre foi; » et (*Rom.*, VII, v. 24) : « Qui me délivrera de ce corps de mort? la grâce de Dieu par Jésus-Christ; » et (*Rom.*, VIII, v. 3) : « Car ce qu'il était impossible que fit la Loi..., Dieu l'a fait, etc. »

3^o Enfin, quand l'Apôtre dit (v. 58) : « C'est pourquoi, mes frères bien-aimés, etc., » il termine par un avertissement; car, ainsi qu'il a été dit, de faux apôtres corrompaient les Corinthiens en niant la résurrection. S. Paul donc, après avoir établi la foi de ce dogme et l'avoir confirmé par des exemples, avertit les Corinthiens de se conduire avec une telle vigilance qu'ils ne soient point séduits par les faux apôtres. A cet effet, A) il les confirme dans la foi, en disant

est tentatio diaboli; et sic totum quod dicitur de morte, exponitur de diabolo, ut in Glossa habetur. Vel « Stimulus mortis, » id est a morte factus, id est a carnali concupiscentia (*Jac.*, I, v. 15) : « Concupiscentia cum conceperit, etc. » Concupiscentia enim primo volentes allicit, sicut in intemperatis; secundo, repugnantes trahit, ut in incontinentibus; postea contendit, sed non vincit, ut in continentibus; postea debilitatur ejus contentio, sicut in temperatis; et ultimo totaliter deficit, sicut in beatis, quibus dicere competit : « Ubi est, mors, » contentio, vel « victoria tua? »

2^o Quia ergo stimulus mortis destructus est non per Legem, sed per victoriam Christi, ideo Deo sunt reddendæ

gratiarum actiones. Et hoc est quod dicit : « Deo autem gratias, » sc. ago, seu agamus, « qui dedit nobis victoriam » mortis et peccati « per Jesum Christum, » non per Legem (1^{re} *Joan.*, v, v. 4) : « Hæc est victoria, etc. » (*Rom.*, VII, v. 24) : « Quis me liberavit, etc.? Gratia Dei, etc. » (*Rom.*, VIII, v. 3) : « Nam quod impossibile, etc. »

3^o Consequenter, cum dicit : « Itaque, fratres mei, etc., » subdit admonitionem. Sicut enim dictum est, pseudo-apostoli corrumpebant Corinthios negando resurrectionem; et ideo, postquam jam astruxit fidem resurrectionis et per exempla ostendit, admonet eos quod bene se habeant, ne seducantur a pseudo-apostolis. Et circa hoc tria facit : A) primo enim, eos in fide confirmat,

(v. 58) : « C'est pourquoi, » c'est-à-dire puisque le dogme de la résurrection est manifeste, « mes frères, » par la foi qui nous fait enfants de Dieu (*S. Jean*, I, v. 12) : « Il nous a donné le pouvoir de devenir enfants de Dieu, etc., » — « frères bien-aimés, » par la charité dont nous devons réciproquement nous aimer (1^{re} *S. Jean*, IV, v. 21) : « Et c'est de Dieu même que nous avons reçu ce commandement : Que celui qui aime Dieu aime son frère; » — (v. 58) « soyez fermes, » à savoir dans la foi de la résurrection, pour ne point vous écarter de la foi (*Ephés.*, IV, v. 14) : « Ne soyons plus flottants comme des enfants, et ne nous laissons pas emporter à tout vent de doctrine, etc.; » — « et inébranlables, » pour ne point être séduits par les autres (*Colos.*, I, v. 23) : « Si toutefois vous demeurez établis et fermes dans la foi, inébranlables dans l'espérance de l'Evangile. » — B) Il les exhorte aux bonnes œuvres, en disant (v. 58) : « Travaillant de plus en plus à l'œuvre du Seigneur » (*Gal.*, VI, v. 10) : « Pendant que nous en avons le temps, faisons du bien, etc.; » (*Prov.*, XV, v. 5) : « La justice abondante aura une grande vertu. » — C) Il les fortifie par l'espérance, en disant (v. 58) : « Sachant que votre travail ne sera pas inutile devant le Seigneur » (*Sag.*, III, v. 15) : « Le fruit des justes travaux est plein de gloire ¹. »

¹ Corollaires sur le chapitre XV :

Il y aura donc une résurrection générale de tous les morts : c'est la conclusion de ce chapitre, c'est la foi de l'Eglise : *Et exspecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi sæculi*; c'est la foi de tout chrétien. Mon rédempteur, ma vie, mon espérance, c'est Jésus, car il est la rédemption et la vie. Dans cette foi et dans cette espérance, gémir, désirer, attendre, se préparer.

Gémir à cause des misères de la vie. Désirer le royaume de Jésus-Christ : *Adveniat regnum tuum*, la transformation de notre corps à l'image de son corps glorieux, et, en attendant ce bonheur, s'y disposer par l'imitation de Jésus-Christ et la pratique des vertus chrétiennes.

Heureux qui porte en soi, pendant le temps, cette divine image, pour la porter éternellement en participant à la gloire !

(Picquigny, *passim*.)

dicens : « Itaque, » sc. jam ostensa resurrectione, « fratres mei » per fidem, per quam omnes sumus filii Dei (*Joan.*, I, v. 12) : « Dedit eis potestatem, etc., » — « dilectissimi » per charitatem, qua debemus nos invicem diligere (1^{re} *Joan.*, IV, v. 21) : « Hoc mandatum habemus a Deo, etc., » — « stables estote, » sc. in fide resurrectionis, ne recedatis a fide (*Ephés.*, IV, v. 14) : « Non simus sicut parvuli fluctuantes, etc., » — « et immobiles, » ne sc. ab aliis seducamini (*Colos.*,

I, v. 23) : « In fide fundati, stables et immobiles, etc. » — B) Secundo, inducit ad bona opera, dicens : « Abundantes in omni opere bono semper » (*Gal.*, VI, v. 10) : « Dum tempus habemus, etc.; » (*Prov.*, XV, v. 5) : « In abundanti justitia. » — C) Tertio, roborat eos per spem, dicens : « Scientes quod labor vester, etc. » (*Sap.*, III, v. 15) : « Bonorum enim laborum gloriosus est fructus. »

CHAPITRE XVI.

LEÇON PREMIÈRE (ch. XVI, w. 1 à 9).

SOMMAIRE. — L'Apôtre recommande les pauvres absents, et ordonne de faire des collectes pour eux. Parlant ensuite de lui-même, il indique l'itinéraire de ses voyages.

1. Quant aux aumônes qu'on recueille pour les saints, faites la même chose que j'ai ordonnée aux églises de Galatie :
2. Que chacun de vous mette quelque chose à part chez soi le premier jour de la semaine, l'amassant peu à peu selon sa bonne volonté, afin qu'on n'attende pas à mon arrivée à recueillir les aumônes.
3. Et lorsque je serai arrivé, j'enverrai ceux que vous m'aurez marqués par vos lettres porter vos charités à Jérusalem ;
4. Que si la chose mérite que j'y aille moi-même, ils viendront avec moi.
5. Or j'irai vous voir quand j'aurai passé par la Macédoine, car je passerai par la Macédoine,
6. Et peut-être que je m'arrêterai chez vous, et que même j'y passerai l'hiver, afin que vous me conduisiez au lieu où je pourrai aller ;
7. Car je ne veux pas cette fois vous voir seulement en passant, et j'espère que je demeurerai assez longtemps chez vous, si le Seigneur le permet.
8. Je demeurerai à Ephèse jusqu'à la Pentecôte ;
9. Car Dieu m'y ouvre visiblement une grande porte, et il s'y élève contre moi plusieurs ennemis.

CAPUT XVI.

LECTIO PRIMA.

Pauperes absentes commendat, pro quibus collectas fieri jubet; de se ipso autem verba faciens, suam peregrinationem describit.

1. De collectis autem quæ sunt in sanctos, sicut ordinavi in ecclesiis Galatiæ, ita et vos facite :
2. Per unam sabbathi, unusquisque vestrum apud se reponat, recondens quod ei bene placuerit, ut non cum venero tunc collectas fiant.
3. Cum autem præsens fuero, quos ap-

probaveritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Jerusalem ;

4. Quod si dignum fuerit ut ego eam, mecum ibunt.
5. Veniam autem ad vos cum Macedoniam pertransiero: nam Macedoniam pertransibo.
6. Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo, ut vos me deducatis quocumque iero.
7. Nolo enim vos modo in transitu videre: spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos, si Dominus permiserit.
8. Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten ;
9. Ostium enim mihi apertum est magnum et evidens, et adversarii multi.

Dans tout le cours de cette épître, S. Paul a donné aux Corinthiens un enseignement général; dans ce dernier chapitre, il fait quelques recommandations spéciales et familières. D'abord, il les avertit de ce qu'ils ont à faire à l'égard des autres; ensuite, il leur dit ce que les autres font pour eux (v. 19): « Les églises d'Asie vous saluent, etc. » Sur la première partie, il les instruit: premièrement, de ce qu'ils ont à faire à l'égard des fidèles absents; secondement, de ce qu'ils doivent faire pour les fidèles présents (v. 13): « Veillez et demeurez fermes dans la foi, etc. » A l'égard des premiers, il règle: I^o ce qui concerne les fidèles pauvres, absents et habitant Jérusalem; II^o ce qui le regarde lui-même (v. 5): « Or j'irai vous voir, etc.; » III^o ce qui touche les disciples (v. 40): « Si Timothée va vous voir, etc. »

I^o Sur ce qu'ils ont à faire pour les fidèles de Jérusalem, S. Paul leur enseigne: I. comment l'aumône qui leur est destinée doit être recueillie; II. comment elle doit être conservée (v. 2): « Que le premier jour de chaque semaine chacun de vous mette quelque chose à part chez soi, etc.; » III. comment on la fera passer à Jérusalem, (v. 3): « Et lorsque je serai arrivé, etc. »

I. Sur la première de ces instructions, il faut se rappeler que, comme on le lit aux Actes (iv, v. 35), il était passé en coutume, dans la primitive Eglise, que ceux qui se convertissaient à la foi vendissent leurs héritages et tout ce qu'ils possédaient, puis ils en déposaient le prix aux pieds des apôtres, et on le distribuait à chacun suivant ses besoins; en sorte que personne ne considérait comme son bien propre rien de ce qu'il possédait, et que tout était commun.

Supra per totam seriem epistolæ proposuit Apostolus Corinthiis quamdam doctrinam generalem; in hoc ultimo capite proponit eis quædam specialia et familiaria. Et circa hoc duo facit: primo, monet eos quid ipsi debeant aliis facere; secundo, ostendit quid alii aficiant ipsis, ibi: « Salutat vos ecclesia, etc. » Circa primum duo facit: primo, instruit eos de his quæ debent facere ad absentes; secundo vero, de his quæ debent facere ad præsentés, ibi: « Vigilate et state in fide, etc. » Circa primum tria facit: primo, instruit eos de his quæ pertinent ad absentes pauperes sanctos qui sunt in Jerusalem; secundo, de his quæ pertinent ad Apostolum, ibi: « Veniam ad vos, etc.; » tertio, de his que pertinent ad disci-

pulos, ibi: « Si autem venerit, etc. »

I^o Circa ea quæ debent fieri sanctis qui erant in Jerusalem, de tribus instruit eos Apostolus: primo, qualiter eleemosyna sanctis facienda sit colligenda; secundo, qualiter sit conservanda, ibi: « Unusquisque autem vestrum, etc.; » tertio, qualiter sit in Jerusalem transmittenda, ibi: « Cum autem præsens fuero, etc. »

I. Circa primum sciendum est quod, sicut legitur (Act., iv, v. 35), mos erat in primitiva Ecclesia ut conversi ad fidem venderent possessiones et omnia quæ habebant, et pretium ponerent ad pedes apostolorum, et de eis unicuique, prout erat opus, provideretur, ut sic nullus haberet proprium, sed essent illis omnia communia. Et, sicut dicitur in Colla-

C'est de cette sainte société que toute association religieuse a pris naissance, ainsi qu'il est dit dans les Conférences des Pères. Or, une famine cruelle s'étant fait sentir, les fidèles pauvres qui habitaient Jérusalem se trouvèrent dans la plus grande détresse. Il advint de là que les apôtres ordonnèrent de faire, pour secourir les pauvres, des collectes dans toutes les églises de Jésus-Christ. Cette mission fut confiée à Paul et à Barnabé (Gal., II, v. 9): « Ils nous donnèrent la main à Barnabé et à moi, etc.; » et parce que S. Paul était en sollicitude à cet égard, il recommandait cette assistance fraternelle à ceux qu'il amenait à la foi; car, disait-il aux Romains, il est juste qu'on fournisse aux besoins temporels de ceux dont on a reçu les biens spirituels. C'est aussi ce qu'il dit aux Corinthiens (v. 1): « Quant aux aumônes qu'on recueille dans l'Eglise pour les saints, c'est-à-dire pour les besoins des saints, et non du premier venu (Eccli., XII, v. 5): « Donnez à celui qui est juste, et n'assistez point le pécheur; » non pas qu'on ne doive aussi donner aux pécheurs, mais on doit faire l'aumône au juste qui est dans le besoin plus volontiers qu'au pécheur. — (v. 1) « Faites donc ce que j'ai ordonné aux églises de Galatie, » à savoir (v. 2): « Mettez de côté, le jour qui suit le sabbat, » dans chaque semaine. Et cela fut ainsi réglé, afin que peu après, chaque semaine, ils pussent donner quelque chose, car s'ils eussent donné tout d'une seule fois, ils eussent peut-être été gênés. Bien que cette aumône parût petite, et qu'elle s'amassât presque sans qu'ils s'en aperçussent, en donnant ainsi petit à petit, au bout de l'année ces aumônes ainsi rassemblées formaient une somme considérable. Ou bien l'on peut encore entendre par un jour du sabbat le premier jour après le sabbat, c'est-à-dire le dimanche. L'Apôtre voulut que

tionibus Patrum, omnis religio ab illa sancta societate sumpsit exordium. Contigit autem ut, fame pervalida exorta, pauperes sancti qui erant in Jerusalem, inopia maxima laborarent. Unde factum est ut apostoli ordinarent ad ipsorum subventionem quod per alias ecclesias Christi collectæ fierent, et hæc commissio facta est Paulo et Barnabæ (Gal., II, v. 9): « Dederunt mihi et Barnabæ, etc.; » et quia Apostolus super hoc sollicitus erat, monebat illos quos converterat ut eis subvenirent, quia, sicut ipse ad Romanos dicit: Justum est ut a quibus spiritualia receperant, temporalia ministrarent. Et hoc est quod dicit: « De collectis autem quæ sunt » per Ecclesias « in sanctos, » id est in usum

sanctorum et non quorumlibet (Eccli., XII, v. 5): « Da justo, et ne recipias peccatorem; » non quod peccatoribus non sit aliquid dandum, sed quia magis debet quis dare eleemosynam justo indigenti quam peccatori. « Sicut ordinavi in ecclesiis Galatiæ, ita et vos facite, » id est colligite « per unam, » sc. diem, « sabbathi, » id est septimanæ. Et hoc ideo ordinatum est ut paulatim qualibet hebdomada aliquid parvum solverent, ne si simul totum solvissent, gravarentur. Et, licet eis paululum videretur, et quasi insensibile paulatim dare, tamen, completo anno eleemosynæ in simul collectæ, magnæ erant. Vel: « per unam sabbathi, » intelligitur prima dies post sabbatum, sc. dies dominicus. Et hoc ideo

cette collecte se fit en ce jour parce que c'était déjà chez le peuple chrétien la coutume de s'assembler à l'église le dimanche (*Lévit.*, xxiii, v. 7) : « Le premier jour vous sera le plus célèbre et le plus saint; » et plus loin (v. 36) : « C'est le jour de l'assemblée et de la collecte, etc. » Daniel (iv, v. 24) parle de cette aumône en disant : « Rachetez vos péchés par l'aumône; » et (*Eccli.*, xvii, v. 18) : « L'aumône de l'homme est devant Dieu comme un sceau, etc. »

II. Mais comme il est besoin d'une règle non-seulement pour recueillir, mais encore pour conserver les aumônes, S. Paul indique ensuite aux Corinthiens comment ils conserveront ces aumônes après les avoir recueillies (v. 2) : « Que chacun de vous, ce jour-là, mette à part ce qu'il veut donner, etc. » Ici l'on reconnaît l'extrême habileté de l'Apôtre. On aurait pu s'imaginer qu'il recueillait ces aumônes plutôt pour son profit personnel que pour les besoins des fidèles. Pour se mettre à couvert de ce soupçon, lui et ceux qui travaillaient avec lui, il ne veut point que cet argent soit gardé soit par lui, soit par ses collaborateurs; mais il prescrit que chacun remportât chez soi l'aumône qu'il jugeait convenable de faire, qu'il la mit à part, et agit ainsi pendant toute l'année. La raison de cette disposition est que l'Apôtre ne voulait point qu'à son arrivée à Corinthe les fidèles de cette ville eussent à s'occuper des collectes, mais seulement à recevoir son enseignement et à vaquer aux choses spirituelles. C'est pourquoi il dit (v. 2) : « Afin qu'on n'attende point mon arrivée pour recueillir les aumônes, etc. » (*Actes*, vi, v. 2) : « Il n'est pas juste que nous abandonnions la parole de Dieu pour le service des tables. » Il faut remarquer ici que chacun doit veiller sur soi, afin d'éviter

illo die fieri voluit Apostolus quia jam inoleverat consuetudo ut populus in dominicis diebus ad ecclesiam conveniret (*Lévit.*, xxiii, v. 7) : « Dies primus celeberrimus erit atque sanctissimus, etc. » et post : « Est enim cœtus atque collectæ, etc. » De hujusmodi eleemosyna dicitur (*Dan.*, iv, v. 24) : « Peccata tua eleemosynis redime; » et (*Eccli.*, xvii, v. 18) : « Eleemosyna viri quasi sacculus, etc. »

II. Quia vero non solum debet apponi modus in colligendo, sed etiam id conservando, ideo consequenter instruit qualiter collectæ conserventur, cum dicit : « Unusquisque autem vestrum, etc. » In quo ostenditur maxima industria Apostoli : ne aliqui crederent

quod Apostolus faceret collectas istas magis causa quæstus proprii quam propter necessitatem sanctorum, ideo suspicionem hanc vitans, et quantum ad se et quantum ad suos ministros, noluit dictam pecuniam a se seu a suis ministris custodiri, sed ordinavit quod quilibet illud quod sibi placebat elargiri, reportaret domi et conservaret seorsum, faciens sic per totum annum. Et hujus ratio erat quia Apostolus nolebat quod, quando veniret Corinthum, vacarent collectis, sed doctrinæ et rebus spiritualibus. Et ideo dicit : « Ut non cum venero, etc. » (*Act.*, vi, v. 2) : « Non est æquum nos relinquere, etc. » Notandum est ergo quod quilibet debet cavere sibi ne videatur aliquid spirituale

de paraître s'occuper des choses spirituelles par un motif d'intérêt; c'est pour cette raison que le Sauveur (*S. Matth.*, x, v. 9) a voulu que ceux qui annonceraient l'Evangile n'eussent rien en propre. C'était aussi une coutume chez les Romains que personne ne fût élevé à la dignité de sénateur avant d'avoir fait ses preuves dans les fonctions de questeur, parce que c'est montrer une vertu peu commune que de garder les biens temporels.

III. S. Paul règle ensuite comment les aumônes doivent être envoyées à Jérusalem, en ajoutant (v. 3) : « Et lorsque je serai arrivé, etc. » comme s'il disait : je ne veux point être à charge à quelques-uns en particulier, « Lorsque je serai arrivé, » à savoir pour porter cet argent; mais (v. 3) « j'enverrai ceux que vous m'aurez marqués, » c'est-à-dire que vous aurez approuvés pour être envoyés; je les enverrai, dis-je, « avec des lettres » écrites par vous, et auxquelles j'ajouterai ma recommandation et mon témoignage, c'est-à-dire dans lesquelles sera indiquée la quantité des aumônes, preuve de notre zèle et de notre charité. « Je les enverrai, » dis-je, « porter la preuve de votre bon vouloir, » c'est-à-dire ce que vous donnez gratuitement aux pauvres fidèles qui sont à Jérusalem (2^e *Cor.*, viii, v. 1) : « Nous vous faisons connaître maintenant, mes frères, la grâce que Dieu a donnée aux fidèles des églises de Macédoine, etc. » — « à Jérusalem, » c'est-à-dire aux fidèles qui habitent Jérusalem; et non-seulement j'enverrai ceux que vous aurez désignés, (v. 4) « mais s'il est à propos que j'y aille moi-même, » à savoir si les aumônes sont abondantes, « ils viendront avec moi. » C'était engager les Corinthiens à se montrer bons et généreux (*Rom.*, xv, v. 25) : « Maintenant je m'en vais à Jérusalem porter des secours aux fidèles. »

facere propter quæstum, et inde est quod Dominus (*Matth.*, x, v. 9) voluit prædicatores nihil habere. Romanis etiam mos erat ut nullus assumeretur ad senatus officium nisi prius probatus fuisset in officio quæstoris, quia virtutis est magnæ res temporales custodire.

III. Qualiter autem debeant mitti in Jerusalem, subdit, dicens : « Cum autem præsens fuero, etc. » quasi dicat : nec in hoc volo aliquos specialiter onerare, « Cum præsens fuero, » sc. ad portantem pecuniam, sed « mittam illos quos probaveritis, » id est approbaveritis mittendos; « mittam, » inquam, « per epistolas, » id est cum epistolis missis

a vobis, et a nobis laudatoriis et commendatoriis, sc. in quibus contineatur quantitas pecuniæ, commendatum studium nostrum et charitas. « Mittam, » inquam, « perferre gratiam vestram, » id est quod gratis dabitis sanctis pauperibus in Jerusalem (2^e *Cor.*, viii, v. 1) : « Notam facimus vobis gratiam Dei, etc. » — « in Jerusalem, » id est sanctis qui sunt in Jerusalem; et non solum mittam illos quos probaveritis, « sed si dignum fuerit, etc. » id est si magna quantitas fuerit, « mecum ibunt : » in quo inducit eos ad bene et liberaliter solvendum (*Rom.*, xv, v. 25) : « Nunc igitur proficiscar Jerusalem ministrare sanctis, etc. »

II^o L'Apôtre les entretient ensuite de ce qui le regarde personnellement. — I. Il leur promet sa présence, en disant (v. 5) : « Or j'irai vous voir quand j'aurai passé par la Macédoine ; » II. il annonce qu'il fera chez eux quelque séjour (v. 6) : « Peut-être même que je m'arrêterai chez vous ; » III. il excuse le retard de son arrivée.

I. Sur sa promesse, il faut se souvenir qu'il est rapporté aux Actes (xvi, v. 9) que, « Pendant que S. Paul était à Troade, un Macédonien lui apparut, le priant et disant : Passez en Macédoine, secourez-nous. » Afin donc d'exécuter ce qui lui avait été ordonné, S. Paul se disposa à aller en Macédoine, et, parce que cette contrée se trouvait entre l'Asie et l'Achaïe, où est située Corinthe, l'Apôtre dit (v. 5) : « Quand je passerai par la Macédoine, j'irai vous visiter ; » ou, mieux encore : j'irai de là vers vous, parce qu'alors je serai plus près de vous.

II. Il promet qu'il fera au milieu d'eux un séjour, en disant (v. 6) : « Peut-être même m'arrêterai-je chez vous, » c'est-à-dire y demeurerai-je, « ou même encore y passerai-je l'hiver, » c'est-à-dire séjournerai-je parmi vous pendant tout l'hiver, parce qu'il y a beaucoup d'abus à corriger. Il dit aussi pourquoi il va vers eux (v. 6) : « Afin que vous me conduisiez partout où j'irai. » Il dit « partout, » parce qu'il ne savait point d'une manière déterminée où il devait aller ; il s'en remettait, sur ce point, à l'inspiration du Saint-Esprit. « Pour que vous me conduisiez, » dis-je, et non pour me défendre, mais simplement pour m'enseigner le chemin.

III. (v. 7) « Ce n'est pas seulement en passant que je veux vous voir cette fois. » Il excuse le retard de son voyage pour deux motifs :

II^o CONSEQUENTER Apostolus instruit eos de his quæ pertinent ad seipsum. Et circa hoc tria facit : primo, promittit eis suam præsentiam, dicens : « Veniam ad vos cum Macedoniam pertransiero, etc. ; » secundo, dicit se facturum apud eos diutinam moram ; tertio, excusat suæ præsentiae dilationem.

I. Circa primum sciendum est quod, sicut dicitur (Act., xvi, v. 9) : « Vir Macedo apparuit Apostolo, cum esset in Troade, deprecans eum et dicens ei : Transiens in Macedoniam, libera nos. » Ut ergo Apostolus jussa impleret, disposuit se Macedoniam iturum, quia Macedonia erat media inter Asiam et Achaïam, in qua est Corinthus, ideo dicit : « Cum pertransiero in Macedo-

niam, veniam ad vos, » imo veniam ad vos inde, sc. quia tunc ero vobis propior.

II. *Secundo*, promittit se facturum apud eos diutinam moram, dicens : « Apud vos forsitan manebo, » id est moram contraham, « vel etiam hyemabo, » id est per totam hyemem permanebo vobiscum, quia multa corrigenda sunt in vobis. Causam quare ad eos vadit subdit, cum dicit : « Ut vos me deducatis quocumque iero. » Et dicit « quocumque » quia nesciebat determinare quo iret, nisi secundum quod Spiritus Sanctus inspirabat sibi. « Deducatis, » inquam, non defendatis me, sed ut doceatis vias.

III. *Tertio*, cum dicit : « Nolo enim vos, etc., » excusat dilationem suæ præ-

1^o parce que les Corinthiens pouvaient dire : il n'est point nécessaire que vous différiez autant à venir, et vous n'avez pas besoin d'aller d'abord en Macédoine, puisque vous pouvez venir en Achaïe et y demeurer, sans pour cela passer à travers la Macédoine. S. Paul répond : Bien que je puisse venir directement chez vous, toutefois je ne pourrais y séjourner longtemps, parce qu'il me faut aussitôt aller en Macédoine ou revenir en Asie. Ainsi, comme « Je ne veux pas seulement vous voir en passant, » je ne viendrai pas immédiatement chez vous : car « j'espère y faire un séjour de quelque durée, si le Seigneur le permet. » Il dit : « Si le Seigneur le permet, » parce que peut-être avant, peut-être après son arrivée chez eux, le Seigneur pouvait lui inspirer de se rendre ailleurs pour y faire un plus grand bien. — 2^o Il s'excuse pour un autre motif, qui paraît plus conforme au sens littéral : c'est qu'il devait séjourner longtemps en Asie, à Ephèse (v. 8) : « Je demeurerai à Ephèse jusqu'à la Pentecôte, etc. » Peut-être cette épître fut-elle envoyée pendant l'hiver ou au printemps ; et alors, après la Pentecôte, il devait se rendre en Macédoine et y rester jusqu'à l'hiver, venir ensuite à Corinthe, et y passer l'hiver. Quant au motif pour lequel il voulait rester à Ephèse jusqu'à la Pentecôte, il l'indique, en disant (v. 9) : « Je vois là une grande porte ouverte pour moi, et beaucoup d'adversaires à combattre. » Il dit : « Une grande porte m'est ouverte, » c'est-à-dire un grand nombre de cœurs sont disposés à recevoir la foi ; « la chose est manifeste, » parce qu'il n'y aura pas de contradiction défavorable (*Colos.*, iv, v. 3) : « Priez aussi pour nous, demandez que Dieu nous ouvre une porte à la prédication de la vérité, etc. » Mais, parce qu'il y a aussi beaucoup d'adversaires qui s'efforcent d'empêcher le succès

sentiae dupliciter : 1^o uno modo, quia Corinthii possent dicere : non est necesse quod tantum differas venire et quod primo vadas in Macedoniam, quia tu potes venire in Achaïam et permanere, ita quod non transeas per Macedoniam. Et ad hoc dicit : Licet sic possem venire ad vos, tamen non diu possem manere vobiscum, quia statim oportet me ire in Macedoniam vel redire in Asiam. Unde, quia « Nolo vos modo in transitu videre, » ideo modo non venio primo ad vos : nam « ego spero aliquam moram contrahere vobiscum, si Dominus permiserit. » Dicit : « Si Dominus permiserit, » quia forte vel antequam esset ibi, vel postquam jam esset ibi, Dominus inspiraret ei quod iret ad alium locum ubi faceret majus bonum. — 2^o Alio modo excusat se, et hoc videtur magis

litterale, quia oportebat eum diu manere apud Ephesum, quæ est in Asia ; et ideo dicit : « Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten, etc. » Forte hæc epistola missa fuit in hyeme seu in vere, et tunc post Pentecosten debebat ire in Macedoniam et morari ibi usque ad hyemem, et tunc ire Corinthum et hyemare. Rationem autem quare volebat morari Ephesi usque ad Pentecosten, subdit, cum dicit : « Ostium autem, etc., » id est magnum fructum facio in Epheso. Et dicit : « Ostium esse apertum magnum, » id est multa corda hominum ad credendum parata, « et evidens, » quia sine contradictione (*Colos.*, iv, v. 3) : « Orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium, etc. » Sed quia sunt « Multi adversarii » qui conantur impedire vel subintrare, si ergo

ou de le détruire, si je m'absentais, ce résultat si grand pourrait facilement être empêché; je ne veux pas partir avant que tous soient bien affermis (*Apoc.*, III, v. 8) : « J'ai ouvert une porte devant toi. »

absentarem me, tantus fructus posset de facili impediri; ideo nolo recedere quousque sitis bene firmati (*Apoc.*, III, v. 8): « Ecce dedi coram te ostium apertum. »

LEÇON II^e (ch. XVI, w. 10 à 24 et dernier).

SOMMAIRE. — L'Apôtre recommande Timothée et d'autres fidèles. Il exhorte les Corinthiens à garder entre eux une mutuelle charité, et, leur faisant ses souhaits en Notre-Seigneur, il signe son épître.

10. Que si Timothée vous va trouver, ayez soin qu'il soit en sûreté parmi vous, parce qu'il travaille à l'œuvre du Seigneur aussi bien que moi.

11. Que personne donc ne le méprise, mais reconduisez-le en paix, afin qu'il vienne me trouver, parce que je l'attends avec nos frères.

12. Pour ce qui est de mon frère Apollon, je vous assure que je l'ai fort prié de vous aller voir avec quelques-uns de nos frères; mais enfin il n'a pas cru devoir le faire présentement. Il ira lorsqu'il en aura la commodité.

13. Soyez vigilants, demeurez fermes dans la foi, agissez courageusement et soyez pleins de force.

14. Faites avec amour tout ce que vous faites.

15. Vous connaissez, mes frères, la famille de Stéphane, de Fortunat et d'Achaïque; vous savez qu'ils ont été les prémices de l'Achaïe et qu'ils se sont consacrés au service des saints.

16. C'est pourquoi je vous supplie d'avoir pour eux la déférence due à des personnes de cette sorte, et pour tous ceux qui coopèrent par leur travail à l'œuvre de Dieu.

17. Au reste, je me réjouis de l'arrivée de Stéphane, de Fortunat et d'Achaïque, parce qu'ils ont suppléé à ce que vous n'étiez pas à portée de faire par vous-mêmes;

18. Car ils ont consolé mon esprit aussi bien que le vôtre. Honorez donc de telles personnes.

19. Les églises d'Asie vous saluent; Aquilas et Priscille, chez qui je

LECTIO II.

Timotheum cæterosque commendat, mutuamque inter se charitatem habere monet; valereque in Domino jubens, epistolam signat.

10. Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos: opus enim Domini operatur sicut et ego.

11. Ne quis ergo illum spernat, deducite autem illum in pacem, ut veniat ad me, exspecto enim illum cum fratribus.

12. De Apollonio autem fratre vobis notum facio quoniam multum rogavi eum ut veniret ad vos cum fratribus, et utique non fuit voluntas ejus ut nunc veniret. Veniet autem cum ei vacuum fuerit.

13. Vigilare, stare in fide, viriliter agere et confortamini.

14. Omnia enim vestra in charitate fiant.

15. Obsecro autem vos, fratres, nostis domum Stephanæ, et Fortunati, et Achaïci, quoniam sunt primitiæ Achaïæ, et in ministerium sanctorum ordinaverunt seipsos.

16. Et ut vos subditi sitis ejusmodi et omni cooperanti et laboranti.

17. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ, et Fortunati, et Achaïci, quoniam id quod vobis deerat, ipsi suppleverunt;

18. Refecerunt enim et meum spiritum et vestrum. Cognoscite ergo qui ejusmodi sunt.

19. Salutant vos omnes ecclesiæ Asiæ: salutant vos in Domino multum

demeure, et l'église qui est dans leur maison, vous saluent avec beaucoup d'affection en Notre-Seigneur ;

20. Tous mes frères vous saluent. Saluez-vous les uns les autres par un saint baiser.

21. Je vous écris ce salut, moi Paul, de ma propre main.

22. Si quelqu'un n'aime point Notre-Seigneur Jésus-Christ, qu'il soit anathème (Maran Atha).

23. Que la grâce de Notre-Seigneur Jésus-Christ soit avec vous.

